CONTRADICTIONES AVICENNAE EXCERPTAE PER ACTIVM PHILIPPVM PELLINIGERUM Troianum artium & Medicinæ doctorem, Equitem ac Poetam Laureatum.

AVTHOR AD LECTOREM.

Lector, qui legis iſta non libenter,
Cunctis inuideas, tibi nec unus.



VENETIIS Apud Ioannem Andream Valuaſſoriũ, cognomine Guadagninum. M. D. LII.

AVTHOR AD MEDICOS.

Non ut Auicennę maledicam ſcribo, ſed illi
Qui iacet in tenebris lumina clara fero.

IDEM AD LECTOREM.

Eſſe diſexapothos ſtudui, miſſumenos & ſum:
Sint bona quę ſcripſi, cętera curo nihil. (ſint
Quę bona ſi fuerint, tua ſint, mea ſed mala ſi
Nihil cupit vlterius noſter habere liber.

HEXASTICON AVTHORIS AD LIBRVM.

Cernere ſi princeps, qui creditur arte medēdi,
Cuius fama volat cuncta per ora virum,
Se modo tā lacerū poſſet, lachrimaret, & ipſe
Diceret hęc merito vulnera habere miſer.
Nam ſua tot titulis, tot ſcripta volūia chartis
Emendaturus (ſi licuiſſet) erat.

ACTIVS PHILIPPVS PELLENIGER TROIANVS, ARTIVM ET MEDICINæ doctor, Eques ac Poeta Laureatus, Simeoni Portio Neapolitano, Philoſopho ac medico, p̃ſtantiſſimo ſalutem .D.

*

QVi opera ſua regulis et principibus nuncupant, pręter fauorem, quem ab illis tacite aucupantur, piſcantur etiã latenter ſibi munera: quę res mea ſentẽtia ab omni probo uiro ſemper fuit aliena. Ego uero doctiſſime Simeon elucubrationes meas in Auicennam tibi potiſſimum dedico, q̃a philoſophus es, & medicus non ignobilis: cui nemo poterit ſcorpionẽ ponere pro latere. Quod procul dubio iis facile euenit, qui rerum ſibi donatarum ſunt expertes: cum cęcus (vt dicitur) non iudicet de colore. Superioribus annis enixe me maceraui in ſtudiis medicinalibus, & pręcipue ſuper Auicenna, in q̃bus quid profecerim plane nec ipſe ſcio, nec ſi ſcirem, auderem dicere. Sed hoc unũ affirmare fateor, inueniſſe Principem Aboali Abinſçeni, non modo dignum tanto titu-

lo, verum neque bonum comitem,ne dicam Ducem in ſua ſcientia, immo vanum & ſu/pra quam dici poteſt mendaciſſimum, ad hęc in pleriſque locis ipſum (vt eſt videre) ſibi ipſi contrarium. Quod me hercule non ex impſſorum incuria contigit (vt aſſolet) ſed eius culpa in ſequētibus ſcilicet ad priora nō conſiderantis. Compilaui igitur libellum cō tradictionum, non dico omnium, ſed ſolum famoſarum. nam quis poſſet illas omnes ſal/uo authore in medium afferre? Eum ergo in pręſentia ad te mitto non aliam ob ca/uſam, niſi ut illum tua framea acutiſſima polias ac caſtiges, quod tunc te feciſſe intel/ligam, cum tuę diſertę manus aſteriſci aut obeli notis uidero inſignitum, Ac per hoc te obſecro, & ſi patiaris, etiam reſecro, ſi Actii Pellinigeri tui curam habes, ut id fa/cias antequam alicui oſtendas, aut in lu/cem exeat. Et ſi aliquo ingenii tui teſtimonio in fronte fuerit uallatus, quo precii aliquid atque auctoritatis ex te ipſi accedat, de cęte/ro nihil aliud mihi erit in vita expetendum. tanti .n. iudicium tuum facio, quanti debeo & mihi ſum conſcius: volo ſiquidem ex hac mea ad te dicatura, ut doctis omnibus ſit ex ploratum, & decus & dedecus noſtrum abs te vno dependere. Corrige igitur & emen/da, putaque iſtū librum non a me, ſed a te vi ro doctiſſimo & mihi amiciſſimo publicatū

iri & editum. Quanquam pleroſque nõ am bigimus, hos labores noſtros vellicaturos, q velint in noſtro libello eſſe ingenioſi, & ſibi de noſtra lucerna laudem libare. Quare ti- meo ne ex gelaſino fiam (vt ait Comicus) atagelaſinus. Scilicet quod audeam in prin cipem illum medicorum Auicennam Aboa li Abinſceni ea ſentire, quę nunquam antea quiſquam ſit auſus ſcribere, nec cogitare. At ſi candidus lector amoto paululum affectu librum meum ęqui ac boni conſulet, eumq́ bene introſpexerit: inueniet profecto non me, ſed ipſum ſibi principem manifeſto ob- ſtriligere. Alioquin nõ eſſem tam audax aut ingratus, vt eum illũ oppugnarẽ, apud quẽ id parum doctrinę, quę in me eſt, ore aperto hauſiſſe vbique fateor, & prędico. Potuiſ- ſem tamen hęc qualiacunque ſunt, ſicut feci hactenus, intra meam chartaceam ſuppelle- ctilem ſupprimere, ne hũc tantum principẽ, qui in re medica extra omnẽ aleam primas ſibi vendicauit, nunc in contradictionem tanquam ſui ipſius immemorem adducerẽ. Feciſſẽ vtique, & hoc iã mihi erat in animo, verum camarinam mihi nunc nuper moue re, & bilem atram etiam cteniatri quidam clinici, qui vix Balani compoſitionem edo- cti, auſi ſunt me grammatiſtę non medici vocabulo inſignire, quoniam commen- tarios cuderim in Ictyphallum marqnia-

num, opus ſane non minus elegans quam diſ ficile. quod nemo ad hęc uſque tempora (quod ſciam) fecit aut penſitauit. Quare grã matici, non philoſophi, nec medici titu/lum mihi condonarunt, neſcientes Socra/tem, Platonem, & Ariſtotelem Homerica le ctione delectatos. Legant obſecro, ſi me non audiunt, Ariſtotelem in primo de anima tex. com. 23. ubi philoſophus recitans opi/nionem Anaxagorę & Democriti tenen/tium animam & intellectum ẽe idem, dicit Homerum bene ſentire, qñ ait quod Hector iacens aliud ſapit. q. velit dicere ꝙ ſecũdũ ſui transmutationẽ mutatus eſt intellectus eius, dũ aliud ſapit victus & aliud inuictus: verba ſunt diui Thomę ibidem. Sed qd antiquos memorem? habemus e noſtris recentioribus Theodorum Gazam, Ioannẽ Picũ, Hermo laum Barbarum, Nicolaum Leonicenum, Angelum Policianum, & alios adhuc viuen tes, q ſi ea tẽpeſtate floruiſſent, qua ſuo quiſ que merito coronabatur, pro diis ipſi etiam eſſent habiti. Horum igitur (licet a longe) nos veſtigia inſecuti in hoc ſcribendi mune/re Hippiatris iſtis noſtris ſperamus ſatisface/re. quandoquidem oſtendemus non ſolum humanioribus literis nauaſſe operam, ſed ita principis Aboali Abinſceni pariter fla/graſſe ſtudio & ardore, vt illum non mo/do per capita ſingula totum legendo olfece

rimus, notauerimus, attriuerimusque : ſed
ipſum (vt diximus & dicemus) ſibi ipſi feceri
mus contradictiorum. Quod non eſſet vti-
que ſi Auicennam non teneremus ad manus
vt digitos. cuius rei periculum facere poterit
qui velit, quancunque uolet. quoniam para
tus ſum quoad vixero, ei ſemper ad omne
ſui Principis quęſitum extemporaliter reſpō
dere. Dicam amplius, ita fui per totam vitę
metam iſtius authoris ſtudioſus, quod annis
pręteritis quando Octauius ille filius meus
viuebat, cuius immaturo fato omnia mea
ſtudia iere peſſum, feruente adhuc iuuenta,
auſu quodā neſcio ſi dicam temerario impul
ſus, illum autorem mihi penitus propoſue-
ram, ne dum corrigere, emendare & vertere
in latinum ſermonem, quia totus eſt mancus
& barbarus: ſed etiam inter muſas repone-
re, ſicuti fecimus librum prognoſticorū Hip
pocratis. Hic autem, ſi pompam romanę lin
guę aut grecę lector humaniſſimus non in-
ſpiciet, illum oro ne id mihi fraudi aſcribat,
quandoquidem ad medicos ſcribo noſtri tē
poris, qui (vt diximus antea) eloquētiam ab
omni ſapiētia ſeparantes, q̄ſtum potius aſtu
et caliditate ex rudi ſua arte q̄ritant, q̄ homi
nū ſalutē, quorū vota ſūt morbos plurimos
eſſe in ciuitate, ꝙ illis ē quęſtuoſiſſimū. & q̄d
niſ cū pecunię cupiditates eos incitēt, eis inſi
diēt illecebrę lucra blādiātur: nō tn̄ cōſiderāt

ꝙ mendax ars & officiũ eos decipit, unde ad gehennam ignis ardentis poſt mortē ſunt dã nati: vnde mendicorũ (vt dici ſolet) magis q̃ medicorũ nomīe sũt vocitãdi. Sed ne temi. Simeon ꝓtrahã plus in lõgũ, finē facio. Lege meũ imo tuũ libellũ, vbi an recte an ꝑperã me cuciaueri, tuũ ſit aut aliorũ doctorũ tibi ſimiliũ iudiciũ, quos veli oratos, vt ex tot exã clatis laborib⁹, id mihi dũtaxat glorię laudis ac mercedis tribuant, ſi bñ ſcripſeri i iſtũ pri cipē ad modũ, quē ego exiſtimo, ipsũ nõ tan ti faciant, vt poſſit eius authoritas ita offíce re futurę ętati, ſicut nocuit p̃teritę, & obeſt p̃ sēti: in q̃ medicorũ bona pars iacturã facit in dies incredibilē. Sin autē aliter fuerit, illos iterũ volo exoratos, vt me nõ modo falſum criminatorem accuſent, ſed etiam deperdi tum. Quanquam in ſumma non deſpero, & à te & ab omni viro doctiſſ. has noſtras lucu brationes qui viderit, illos eas dicturos ad Ariſtophanis (vt dicit) ac Cleãtis lucernam fuiſſe notatas. Vale uir p̃ſtãtiſſime noſtri ęui decus, & me tuo Petro de Toledo principi excellentiſſimo, huius regni Proregi digniſſi mo, cui ob ſingulares virtutes tuas es cha riſſimus, rogo facias commendatum. Vti nam tanti eſſem in dicendo, vt eius res for titer ac ſtrenue geſtas, poſteris commenda re valerem, quod tam libenter eſſem factu rus, quam qui maxime optat. Siponti.

INDEX RERVM IN HOC OPVSCVLO CONTRAdictionum contentarum.

VTrum veſſica habeat vnam vel plures tunicas ſol. 1. a.
Vtrum ſpectet ad medicum diſputare de nominibus. 2. b.
Vtrum Meri habeat lacertos. 2. b.
Vtrum Glandulę & nodi ſint de materia melanconica an phlegmatica. 3. a.
Vtrum ver ſit temperatum. 3. a.
Vtrum ſtomachus ſit lacuna phlegmatis. 3. b.
Vtrum aqua pluuialis cititus putreſcat, quam alię aquę. 3. b.
Vtrum aqua niualis & glacialis ſit bona. 3. b.
Vtrum vinum debeat exiberi febricitantibus. 4. a.
Vtrum ſuper fructibus mali chimi vinum ſit bibendum. 4. b.
Vtrum caules noceant capiti. 5. a.
Vtrum dolor pulſatiuus in apoſtemate ſignificet illum eſſe calidum vel frigidum. 5. a.
Vtrum Autumnus ſit humanę vitę contrarius. 5. b.
Vtrum infanti lactenti ſit dandum in potu vinum. 6. a.
Vtrum infantibus competant medicinę valde calidę. 6. b.

Vtrum bolus panis maſticati conferat infanti‑
tibus. 7. a.
Vtrum vomitus magis noceat febricitantibus
quam ſolutio uentris. 8. a.
Vtrũ ſup medicina ſumpta ſit dormiẽdũ. 8. b.
Vtrum in ſtomacho reperiatur colera, ſicut re
peritur phlegma. 8. b.
Vtrum Embrocę conueniant ęgritudinibus
capitis. 8. b.
Vtrum Phlobothomia ſit communis humorũ
euacuatio. 9. a.
Vtrum phlobothomia ſit bona colericis. 9. a.
Vtrum Phlobothomia iuuet in omni tempo‑
re febris. 9. b.
Vtrum Muſcus ſit calidus uel frigidus. 11. b.
Vtrum Agnus caſtus, quia minorat ſperma,
multiplicet lac. 11. b.
Vtrum Apium ſit ſtomaticum. 11. b.
Vtrum Argentũ viuum dicatur calidum vel
frigidum. 12. a.
Vtrũ Cinamomũ ſit calidũ & ſicũ ĩ tertio. 12. a.
Vtrum Camphora inducat vigilias. 12. a.
Vtrũ Coriandrũ ſit calidum uel frigidũ. 12. a.
Vtrũ caro Leporia ſit calidę et ſiccę natuř. 12. a.
Vtrum caro perdicis ſit calidę vel frigidę com‑
plexionis. 12. a.
Vtrum capillus Veneris ſit temperatus. 12. b.
Vtrũ Gũma dragãti ſit calida vel frigida. 12. b.
Vtrũ Epata conueniant fluxui Epatico. 12. b.
Vtrum Galbanum conferat in Epilepſia. 13. a.

Vtrum grana Pini conferant vel obſint ſtomacho. 13. a.
Vtrum Mandragora habeat ſimilitudinem humanę figurę. 13. a.
Vtrum lingua bouis ſit alia a Boragine. 13. a.
Vtrum aqua caſei, quę ſerum dicitur, ponatur calida an frigida. 14. a.
Vtrum Lac conferat ſpleni. 14. a.
Vtrũ ſal iuuet ad ſolutionẽ aquę lactis. 14. a.
Vtrum radix Liquiritię dicatur calida ſiue frigida. 14. a.
Vtrum opium debeat dari in multa vel pauca doſi. 14. b.
Vtrum Oua ſint calidę vel frigidę complexionis. 14. b.
Vtrum Oleum de Lilio ſit calidum an frigidum. 15. a.
Vtrum panis recens & calidus proſit ſtomacho. 15. b.
Vtrum Gumma tutę mõtanę ſit ſolutiua an ſtiptica. 15. b.
Vtrum Zuccarum dicatur calidum vel frigidum natura. 16. a.
Vtrũ Zuccarũ ſit magis abſterſiuũ q̃ mel. 16. a.
Vtrum in Apoſtematibus calidis competant frigida cum aceto conquaſſata. 18. b.
Vtrũ in Soda cõueniat euacuatio prius quam digeratur materia. 18. b.
Vtrum Columbi habeant ſanguinem ſubtilẽ vel groſſum, 19. a.

frigida cum aceto conquaſſata. 18. b.
Vtrum in ſoda conueniat euacuatio priuſquã digeratur materia. 18. b.
Vtrum Columbi habeant ſanguinem ſubtilem vel groſſum. 19. a.
Vtrum in ſoda concedatur vinum. 19. b.
Vtrum pręſente dolore conueniat raſio capitis in febre. 20. a.
Vtrum coitus competat melancolicis. 20. a.
Vtrum in ęgritudine dependente a materia melancolica, ſit bonum exhibere oximel. 20. b.
Vtrum olera conferant Epilenticis. 20. b.
Vtrum fructus debeant concedi in Epilepſia. 20. b.
Vtrum caro mammillarum ſentiat. 21. a.
Vtrum Epar Lupi, quod Adib dicitur, debeat concedi debilitati Epatis. 21. a.
Vtrum in oppilationibus Epatis magis iuuet Phlobothomia Baſilicę, quã ſaluatellę. 21. b.
Vtrum Reubarbarum ſit medicina ſingularis ad oppilationem Epatis. 21. b.
Vtrum Aqua hordei oppilet. 22. b.
Vtrum Aquę hordei cum Sirupo acetoſo ſit vtilis combinatio. 23. b.
Vtrum Endiuia ſit calida vel frigida. 23. b.
Vtrum Egeſtio Epatica veniat cum dolore. 24. a.
Vtrum Aqua conueniat ſpleni. 24. a.
Vtrũ ius Galli ſit calidum vel frigidum. 24. a.

Vtrum Apoſtemata Ficteri debeant aperiri ante maturitatem. 24. b.

Vtrum Euforbium valeat ad prouocanda menſtrua. 24. b.

Vtrum Syrupus roſatus ſit calidus. 24. b.

Vtrum febris Ephimera poſſit durare vltra diem naturalem. 26. a.

Vtrum febris poſſit generari ex materia, de qua fit eructuatio acetoſa. 28. a.

Vtrum in principio Apoſtematum conueniant frigida & humida. 29. b.

Vtrum fructus Piri & Mali ſit bonus in febribus. 03. a.

Vtrum ſomnus in principio febris magis laudetur, quam in aliis temporibus febris. 30. b.

Vtrum dieta ſubtilis plus iuuet, quam groſſa in febribus. 30. b.

Vtrum ſit magis inſiſtendū experimentis, quam rationibus. 31. a

Vtrum Embrocare caput in inquietudine habentium febres & aliorum iuuet. 31. a.

Vtrum ſomnus competat in febribus, quando adeſt rigor & horripilatio. 31. a.

Vtrum cognitio febrium conſiſtat circa paroxiſmos vel accidentia. 31. a.

Vtrum Hycteritia ante ſeptimum, vel ante digeſtionem materię ſit malum ſignum. 32. a.

Vtrum ſudor multus in principio ęgritudinis ſignificet longitudinem ęgritudinis. 32. a.

Vtrum ſigna mortis dignoſcantur per Cri-

Vtrum poſt quadrageſimam diem accidant Criſes. 34.a.

Vtrũ caro, quę eſt in ſubaſcellis, in inguinibus, & in alis emunctoriis humani corporis ſentiant. 34.b.

Vtrum anus (dequa Galenus) Napello aſſueſceret. 34.b,

Vtrum caro aſſata ſit laudabilior frixa, vel elixa. 35.b.

Vtrum Ameos reddat faciem citrinam. 35.b.

Vtrum ſimplicia laudentur magis quam compoſita in remotione ęgritudinum. 35.b.

Vtrum fecerit mentionem de Mace ſicut promiſerat in cap. de Spica. 38.b.

FINIS.

LOCA QVAEDAM INTER EX cudendum deprauata ſic emendabis.

PAg. 1. uer. 30. b. lege virum. ead. 34. condenſantur. 2. 7. a. mortuis. primo compoſ. ead. 14. nutriri. 3. 23. b. ſit. 5. 3. b. naturę vitę. ead. 4. ſiccitas. ead. 32. laudat. 6. 1. a. ſiccus. ead 5. vide. ead. 18. ex. ead. 19. iuncturarum. ead. 29. ſcriptum. 7. 8. b. proiici ac ſi. ead. 10. infanti. ead. 11. igitur. ead. 15. concurrat. ead. 23. toxico. ead. 25. de fugatione ſerpentium. ead. 28. ſpuitur. 8. 4. a. vomitui. ead. 6. dicere. ead. 18. iuuamēti. ead. 25. digeſtio. ead. 28. cibum. 22. 12. a. nō quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatū in determinatū contra Anaxagoram. 34. 2. b. tractatus. 36. 12. b. uigore. 38. 7. b. felitiorem. 39. 32. b. tibi.

Hęc integra contradictio octauę paginę ſubiungenda eſt.

Auicenna in eadem. 4. Fen. primi can. cap. 29. de Embrocis, dicit in principio cap. Embrocas eſſe medicamēta congrua ei quod eſt in capite & aliis mēbris, unde oportet reſolui. in quo loco apparet Embrocas tenere vim reſolutionis. Cōtrariū huius ponit in prima. 4. cap. de curationibus febris effimerę ſecūdū modū vniuerſalē, vbi habet. Embrocatio autē ſi fuerit infundēdo aut liniēdo tantū oppilat poros. Licet in 13. 3i cap. 24. de morbis vniuerſalib⁹ curationū dicat Epithimata & Emplaſtra eſſe meliora Embrocis, quoniā hę ſunt facilis impſſionis

LOCA QVAEDAM IN TER. EX

[illegible] ſeparata & emendata,

Ib. 8. b. ter. 40. b. [illegible] grauium, ead. 14. [illegible] [illegible] 2. 3. 8. mortuis, prima [illegible] cad. 14. [illegible] 3. 21. b. ſic 5. 5. b. [illegible] [illegible] [illegible] ead. [illegible] 6. ca. [illegible] ead. 5. Vide ead. 8. ex ead. 19. [illegible] ead. 19. [illegible] 7. 8. b. [illegible] ead. 40. [illegible] ead. [illegible] ead. 17. [illegible] ead. 21. [illegible] ead. 25. de [illegible] [illegible] ead. 23. [illegible] 8. [illegible] [illegible] ead. 18. [illegible] ead. 20. digeſtio ead. 28. [illegible] 12. 2. 10 [illegible] [illegible] [illegible] ſed [illegible] [illegible] contra Anaxagoram 14. 2. b. [illegible] 36. 12. b. [illegible] 38. 7. b. [illegible] 59. 14. b. [illegible]

Hec integra contradictio octaue pa ginę ſubiungenda eſt.

Auicenna in [illegible] 4. Fen. primi can. cap. 29. de Embrocis, dicit in principio cap. Embrocas eſſe medicamina congrua ei quod eſt in capite & alijs mēbris, unde oportet reſolui, in quo lo co apparet embrocas tenere vim reſolutionis. Contrariū huius poſuit in prima. 4. cap. de cura [illegible] [illegible] ſeciidū modū [illegible] [illegible] vbi habet. Embrocatio autē ſi fuerit [illegible] [illegible] aut [illegible] tantū oppilat poros. Licet in [illegible] cap. 24. de morbis vniuerſalib⁹ curatio [illegible] dicat Epithimata & Emplaſtra eſſe melio ra Embrocis, quonia hę ſunt factis ſpiſſioris

CONTRADICTIONES

AVICENNAE EXCERPTAE PER ACTIVM PHILIPPVM Pellenigerum Troianum, artium & Medicinæ Doctorem, Equitem, ac Poetam laureatum.

AVICENNA in prima Fen primi Canonis, in primo capite quintæ doctrinæ, quod eſt ad ſciendum quid ſit membrum & eius partes dicit ſic: Membrorum autem, quæ unam habent tunicam, ſicut uenarū & ueſſicę tres uillorum ſpecies ad inuicem ſunt cōtextę. Iſtud idem ponit in quintadecima tertii, tractatu primo, capite primo de Anathomia fellis, ubi habet, Et fel quidem ſicut & ueſſica unam tenet tunicam compoſitam ex ſpeciebus uillorū tribus. Sed in .19. tertii tractatu primo, capite primo de Anathomia ueſſicę, tenet oppoſitum dicens, Veſſica quidem duas habet tunicas, quarum interior in profundo eſt dupla extrinſece, quoniam ipſa obuiat aquoſitati acutę. Hæc eſt ſententia Raſis in primo ad Almanſorem, tenentis ueſſicam eſſe uas urinæ inter femur & anum collocatam, compoſitam ex duabus tunicis. Idem tenet Auerroes in primo Colliget cap. 31. dicens, ꝙ locus ueſſicę eſt inter anum & umbilicum, & iſta eſt compoſita ex duabus tunicis. Raby Moſes in calce primæ particulæ Aphoriſmorum ſuorum ait. Quatuor ſunt membra duas tunicas habentia, uidelicet meri, ſtomachus, omnia inteſtina & omnes Arteriæ, exceptis his ſpecialiter quæ ſunt in pulmone: & quatuor ſunt

membra unam tunicam habentia,& illa ſunt Chiſti fellis, Veſſica, Matrix,& omnes uenæ non pulſatiles, in quo loco Raby Moſes allegat Galenum in ſexto de iuuamentis membrorum, non tamen adducit caput, Nos itaque dicimus Galenum ibidem in capite tertio,reddere rationē, qua re ſit quod ueſſica & Chiſtifellis unam tunicam habeant,& ait ꝙ membra ordinaria ad purgandas ſuperfluitates, & non ad aliq̄d digerendum,hn̄t ſua corpora tenuia & exilia , hac de cauſa non habuerunt duas tunicas. & ſubſtantia corporis inſtrumentorum digeſtionis eſt diuerſa Chiſti fellis & ueſſicæ , quia ſubſtantia horum eſt propinqua naturæ coopertorii duri,fere carens ſanguine, & ideo eſt frigida,ſed ſubſtantia inſtrumentorum digeſtionis,hoc eſt ſtomachi & inteſtinorum eſt carnoſa,mollis,& ideo calida. Poſt hæc addit Galenus fuit præterea poſitum corpus Chiſti fellis & ueſſicæ durum, adhoc ut eius durities iuuet contra tenuitatem, unde ſequi poteſt idem iudicium eſſe de carnalibus Chiſti fellis ut de Chiſti , & idem ſimiliter de poris uritudibus ut de Veſſica , quemadmodum ibi diffuſius continetur . Quæ omnia idem auctor perplexe uidetur recitare in primo & in ſecundo libro uirtutum naturalium per longum proceſſum,ut ibi eſt uidere. Hanc contradictionem non offerunt expoſitores Auicenniſtæ, qui magis pompa q̄ꝫ fauſtu et utilitate ducti,ut aliis ſcioli uideantur,malūt auctoris uerba dilaniare ac in partes ſcindere, ut ait Leonicenus, quàm ipſam textus literam intelligere. Cæterum impenſe miror Galenum , uirum tanta ſciētia prǽditū, cui omnes medici aſſurgunt,tenere in libro de Iuuamento anhelitus, Veſſicam habere duas tunicas, uerum in aīali mortuo nō apparere , quia ex frigiditate undenſantur,& ſic in unam coeunt . Ex quibus uer-

bis uidetur Galenus innuere huiuſmodi Anathomiã fieri poſſe in membris animalium uiuentium ; quod utique non minus ridiculum eſt quam impoſſibile. Quoniam in quodcunque membrum a corpore abſciſſum quamprimum introducitur frigiditas, tanquam a calore naturali derelictũ, & ideo eſt, q̄m corpora uiua ſunt calidiora mortuis eſt compoſitionum cap. 5. Hoc periculum fecit fortaſſe Galenus in ſimo; & gallo ſuo quod anathomizauit. Miror etiã nõ parum de Auenzoar cui tãtum tribuit laudis Auerrois quantum poteſt tribui cuilibet honorato medico. Is enim in ſecundo libro ſui Theizir in cap. 3. quod eſt de uariolis & morbillis, ſcribit Embrionẽ in utero materno nutieri ex ſanguine mẽſtruo corrupto & malo. Poſtea in tertio lib. eiuſdem operis in capitulo ultimo, quod eſt de cura ſeu præſeruatione aquæ male potatę, dicit totum contrarium tanq̃ ſui ipſius immemor bonus ſenex ſilicernium. Sed quia res noſtra in præſentiarum eſt cum Principe Auicenna, pacem inimus non ſolum cum Galeno, qui in libro ſuo de ingenio ſanitatis qui inſcribitur, multa properam ponit, uñ Raſis in ſuo tractatu c. 139. dicit illum librum non eſſe Gale. & in eodem ca. 221. dicit eum eſſe potius Ruffi q̃ Galeni, uerumetiã cum quo uis alio medico. tempus ſortaſſe dabitur (ſi non moriar) quando de eorum erratis nouum compendium faciemus, audax certe uerbum, ſed proculdubio ueriſſimum. Siquidem non ſunt hæc prima noſtra rudimenta literarum; Nam in Gymnaſio Anthenoreo, ubi militauimus, eam philoſophiæ partem quæ de moribus inſcribitur publicè, dum eſſemus pene pueri, ſumus interpretati, cuius rei teſtes ſunt Schedæ, quæ ubiq; uenales hodie ſub nomine noſtro circonferuntur. Inibiq; ad diſputationis paleſtram multoties deſcendi-

mus,nec ſine laude tempore Nicoletti Vernis Thea
tini,Ioannis ab Aquila, Gabrielis Zerbi,Hierony-
mi a Turre,Petri Tragolini, Auguſt. Nyphi, Petri
Pomponacii,Antonii Fracanciani,& aliorum meo-
rum præceptorum . Sed ne hoc mihi arroganter ſit
dictum,cum ſit impudẽtis ſeſe extollere, ad primum
noſtrum inſtitutum reuertamur.

AVICENNA in prima primi doctrinã ſexta,cu-
ius unica eſt ſumma in cap.quinto de uirtutibus ani
malibus comprehentibus,ubi diſputat de uirtute exi
ſtimatiua & imaginatiua dicit. Quidam hominum
ſunt, qui præſumunt uocantes uirtutem hanc imagi
natiuam. Nos tamen de eis non curamus, quia non
diſputamus de nominibus, uerũm intentiones & dif
ferentias debemus intelligere, & medico quidem nõ
eſt curandum,ut hanc uirtutem ſciat.ex qua litera ap
paret,quod ad medicum non ſpectat diſputare de no
minibus. Cuius contrarium habetur in ſecunda 4.
in calce ſecundi cap.ubi dicit. Et ſcias quod hoc no
men Criſis,ſecundum quod ait ille cuius ſermoni
creditur (qui ẽ Galenus in tertio de Criſi cap.ſecun-
do)eſt deriuatum a lingua,ubi ſeparationem prolocu
tionis ſignificat, quæ eſt uni duorum diſputantium
aut cõtrouerſantium apud iudices ſuper aliquid,qua
ſi ſit ſeparatio & exitus ſermonis ab altercatione. In
quo loco luce clarius liquet Principem iſtum Aui-
cẽnam inſequi Ethimologiã uocabuli ipſius Criſis,
quod idem notat quod iuditium, quoniam in eo
die fit mortis ſeu uitæ ægri iudicium propter pugnã
quæ uerſatur inter naturam & morbum, unde Græ-
cis Critis eſt iudicium,& iudex. Inde Criterium di-
ctus eſt locus, in quo fertur ſententia ſiue iudicium.

AVICENNA in.1.1.in cap.ult.eius doctrinæ,quã
paulo ante innuimus,ponit trãſglutionẽ cõpleri dua

bus uirtutibus; quarũ una eſt attractiua naturalis, altera attractiua uolũtaria, & ibidẽ ponit Meri, qđ alio nomine dicitur Iſophagus, habere lacertos. Cuius cõtrarium ſcribitur. 16. tertii, tractatu primo cap. primo. Sed quia hanc contradictionem uidit ante me ille bonus Leonicenus iuxta latinus & græcus in libello quem facit de erroribus Plinii, & plurium aliorum medicorum, ab ea ſuperſedebo. Lector curioſus hunc locum poterit penſitare, licet tam perplexe loquatur, ut opus ſit oraculo Apollinis ad intelligẽdũ.

AVICENNA in ſecunda primi cap. 5. quod eſt de ægritudinibus compoſitis, dicit Glandulas & nodos eſſe de materia melancolica, ita. Et eorum quidẽ quæ ſunt de materia melancolica tria ſunt genera, durities & Cancer quorum plurima ſunt acuta, & Glãdulæ genus, ex quibus ſunt Scrophulæ & Nodi. Sed in tertia quarti, tractatu ſecũdo cap. primo tenet oppoſitum, dicens. Et apoſtemata phlegmatica aut ſunt ſimplicia, & appellãtur apoſtemata mollia, aut aquoſa, ſicut accidit aliquo membro ad hoc, ut in eo aggregetur aqua ſicut Hydropeſis proprie aut Dubellet. in quibus ſunt ſicut nodi lenes, aut duræ ſicut ſcrophulæ, & nodi duri.

AVICENNA in ſecũda primi, ca. tertio de naturis temporum, tenet uer eſſe temperatum ſub his uerbis. Et dicemus quod ueris complexio eſt temperata, neque eſt ſicut quidam exiſtimant calida & humida. Certificare uero iſtud multa inueſtigatione indiget in parte philoſophiæ naturalis. Poſtea in capite ſexto quod eſt de mutatione qualitatum aeris, & eis quæ ex temporibus proueniunt, dicit totum oppoſitum, inquiens. Ver autem, cum ẽ ſecundum ſuam complexionem, eſt melius tempus, & eſt proportionale complexioni ſpiritus & ſanguinis, & licet exi-

ſtat cum ſua qualitate, quam diximus: tamen ad caliditatem ſubtilem declinat parumper ſopitam, & ad naturalem humiditatē, & rubificat colorem, eo quia ſanguinē attrahit temperate: et non peruenit ad reſoluendum, quemadmodum æſtus peruenit æſtiualis.

AVICENNA paulo poſt in ſexto eodem cap. ſcribit hæc uerba. Et plurimum, quod eſt in eo quod uomitu expellitur, eſt phlegma, ubi uidetur innuere ſtomachum, (ut communiter dicitur) eſſe Lacunā plegmatis, quod ex ſe nullum habeat proprium receptaculum, ut alii humores. Tamen in. 13. tertii, in cap. 16. de ægritudinibus ſtomachi, ſentit contrarium dicēs. Et plurimum quod ad ipſum ſtomachum effunditur eſt colera ab epate. Et ſubdit paulo poſt ibidē, et plurimum quidem quod inuenitur in ſtomacho, aut in ipſo ex humoribus generatur eſt phlegma, in quibus uerbis (ut etiam Lippis eſt uidere) ſi non eſt contradictio, nulla poſſit eſſe amplius contradictio, in qua omnes expoſitores allucinantur cum ſuo Principe dormientes.

AVICENNA in ipſa eadem Fen in ſexto cap. quod eſt de diſpoſitionibus aquarum, ait. Quod aqua pluuialis cito putreſcit, licet ſic aqua melior, propterea quia eſt aqua ſubtilis ualde, & quia in ipſa corrumpens terreus & aereus cito operatur, & fit eius cauſa putredo putreſcendi humores, & impedit pectus & uocem. Oppoſitum huius ponitur in quinto can. in cap. de Syrupo Papaueris ubi habet. Deinde proiiciantur ſuper ea Chiſt. x. aquæ pluuialis ſi inuenitur, propter eius elongationem a putrefactione. Sane delirat iſte auctor.

AVICENNA in eodem cap. laudat aquas niuales, dicens. Nix uero & aqua glacialis cum mūda fuerit, & non commixta alicui rei uirtutem malam habē

ti,ſiue ſoluatur & fiat ex ea aqua,ſiue ipſa mutetur in aquam, erit bona. Cuius literæ tantus homo immemor ponit oppoſitum in tertia primi cap. 8. de regimine aquæ & uini, ubi ſcribit in principio cap. ſic. Complexionibus temperatis aqua eſt conueniẽtior, quæ in frigiditatis fortitudine temperata exiſtit, & cuius infrigidatio cum niue deforis fit: & præcipue ſi nix mala extiterit,& in niue etiam bona huiuſmodi diſpoſitio reperitur, quoniam quod ex ea reſoluitur neruis & membris anhelitus nocumentum facit, ſicut & cęteris interioribus, & non tollerat eam niſi qui fuerit uehementer ſanguineus,quod ſi non illico infert nocumentum ſecundum longitudinem tamen dierum & proceſſu temporis faciet, & cum in annis proceſſerit. Quę omnia Plagiarius iſte Princeps accepit ab Aulo Gellio in candidiſſimis illis noctibus Atticis in libro. 19. cap. 5. auctoritate Ariſtotelis.

AVICENNA in eodem cap. de regimine aquæ & uini dicit, Quod uinum album, & ſubtile calefactis,hoc eſt febricitantibus,eſt melius. Non enim capitis dolorem efficit,ſed fortaſſe humectabit,& dolorem capitis alleuiabit, qui ex ſtomachi repletione ſolet prouenire. Hic ſunt duæ manifeſte cõtradictiones de uino. Nam prima quarti tractatu tertio de febre Ethica in primo capite dicit. Et multoties facit cadere in Ethicam neceſſitas medici propter caſum uirtutis,& frequentiam ſincopis,ad dandum in potu uinum,& aquam carnis,& medicinam de Muſcho, aut his ſimilia. Secunda cõtradictio eſt, quia dicit uinum non officere capiti, cum in dolore capitis nihil ſit eo pernicioſius· textus ſunt euidentes multis in locis,& maxime in prima tertii in cap. nono de regimine uniuerſali in Soda,ubi ſic habetur. Et poſt hoc ſcias quod ex rebus in rememoratione Sodæ iuuan-

tibus eſt paucitas comeſtionis & potus & proprie uini, & multitudo ſomni. Et paulo poſt ibidem ſubdit in cap. 33. quod eſt de regimine ſpetierum Sodæ factæ per communitatem, & eſt in fine cap. Et oportet ut abalienetur à uino ſecundum omnem diſpoſitionem, ideſt, tam ſubtile & album & aqua dilutum, quã nigrum groſſum & potens. Et in prima tertii in ca. 29. de canonibus uniuerſalibus curationis, ait. Et ſcias quod omnis, qui conqueritur de ægritudine facta in capite nocetur a uino, & mora in balneo, Quanquam nonnulli legunt de ægritudine frigida, hoc nihil refert: ſatis ſit uinum nocere capiti propter effumationem uaporum ab eo eleuatorum. Poſſem in hoc loco ad noſtrum propoſitum infinitas Auicennę auctoritates adducere ſibi contrarias: uerũm quia breuitati ſtudeo, carptim iſtas more apum per florea prata uagantium colligimus. Cæteras tanquam famoſiores, tibi uni Porti Simeon, & doctiſſimo lectori iam tritas, data opera omittimus. itaque ſit ſatis loca indicaſſe, quæ domi poterit ſtudioſus quiſque ex ſe inuenire.

AVICENNA ibidem in eodem cap. paulo infra ſcribit ſic. Super cibum uero mali Chimi bibere uinum dum comeditur, aut ante, aut poſtquam digeritur, eſt malum, quoniam facit malum Chimum ad extremas partes corporis penetrare. Et ſimiliter ſuper fructus & proprie Melones. Hæc litera ex toto aduerſatur Galeno, cuius iſte auctor ſe fatetur interpretem, in prima primi cap. tertio de complexionibus ætatum & generum. Habet enim Galenus in ſecundo alimentorũ ca. quinto, ꝙ ſuper omnes fructus bibenda eſt aqua præterquam ſuper Melones & Pepones, qui requirunt uinum laudabilem in quantitate conuenienti ſine aqua, quod haud eſt à noſtratibus

diſſorum, qui ui num optimum habentes , illud pro Melonibus laudant & reponunt . Fatendum eſt igitur Auicēnam mentiri, & Galeno aut cōtradicere, aut eius non eſſe interpretem .

A VICENNA in illomet cap. ponit ſirupum retardantē ebrietatem, ubi laudat caules tanquam pro hibētes uapores de ſtomacho eleuari ad caput . quod etiam replicat in prima 3. in cap. 24. ſecundi tacta tus , quod caput eſt de cura ſodę ex ebrietate . Eius cōtrariū ponitur in tertia 3. in cap. de eis quę nocent .ſ. in trac. 4. cap. 4. ubi in fine capitis dicit caules eſſe uaporoſos, ſicut & leutos , & inficere caput, ac per hoc obeſſe oculis. Vide circa iſtā materiam pro blema 17. Ariſtotelis et cōmentatorem eius, ubi dicit de crapula & ebrietate multa notatu digna.

A VICENNA in eadem Fen. ſ. ſecunda primi in ſumma 2. cap. 20. dicit ꝙ cauſa doloris pulſatiui eſt apoſtema calidum & non frigidum . Poſtea im memor huius ſui dicti in 3.4. in fine primi cap. qđ eſt de ſermone uniuerſali de apoſtematibus ait. Et ſcias quod omne apoſtema in exterioribus cum quo non eſt pulſatio, non facit ſaniem, quæ propoſitio eſt contra principem uerū oīum medicorum Hippocratē in apho. 47. ſecundæ particulę, ubi habetur, quod circa generationem ſaniei dolores & febres accidunt magis quàm facta ſanie. ſi ſic eſt, tunc etiā de neceſſitate ſequitur pulſatio, quę nihil aliud eſt, quàm carnis alteratio et corruptio. Nō ē ergo uerū ꝙ dicit̃ hic ab Auicenna, quoniā ſi ſic eſſet, nullū apoſtema frigidum ad ſaniem terminaretur. quę res falſa eſt & erronea , & contra experimentum , ex quo ſequitur uel ad generationem ſaniei non requiri pulſationem , uel quod non ſolum apoſtema calidum faciat pulſationem, quorum utrunque eſt contra ipſum princi-

pem Auicenam.

AVICENNA in eadem Fen in cap. nono de pulſu temporum, habet, quod Autumnus eſt tempus nature uicę humanæ contrarium, quoniam calor in eo debilitatur, & ſuſcitas fit fortior, tum ratione eius, tum ratione eſtus pręteriti. Et tamen in cap. quarto de iuditijs temporum & eorum mutationibus, eiuſdem Fen 2 primi, cām ait. Et in temporibus quidem ſanitas exiſtit, ut ſit Autumnus pluuioſus, & Hyens temperata, neque ſit non frigiditatem habens, non tamen ſit plurima in comparatione regionis. Vnde conſtat manifeſte Auicennam eſſe ſibi contrarium Nam ſi Autumnus ſit pluuioſus, ſic non erit contrarius noſtræ humane uitæ, quę eſt calida & humida, & ſic ſanguini proportionata, quia teſte philoſopho, calido uiuimus & humido nutrimur. Ad hęc ſi Hyems eſſet temperata, ſic non erit frigida ut ſonat litera, ergo non ſeruaret qualitatem ſuam. Iſtud idem dicitur in tertia pri. doct. 5. cap. primo de regimine temporum con rectificatione aeris ubi ait, Et ſcias ꝙ in multis pluuiis in Autumno cunſiſtit ſecuratio ab ipſius malitia. Idem tenet in calce quinti capitis Fen ſecunda pri. can. de aere bono, ubi habetur. Ex diſpoſitionibus quidem temporum eſt ut exiſtat ſecundū naturam ſuam propriam. quoniam mutationes eorum afferunt ægritudines. Iuxta illud ſenis noſtri Hippocratis in tertia ꝑticula aphoriſmo primo. Mutationes temporum maximę generant morbos, & in horis magnæ mutationes aut frigiditatis aut æſtus et alias ſecundum rationem ſic Si ergo dominus Auicēna (ut teſtatur idemtidem Ioannes Mattheus Gradi) lauda, tempora ſeruantia qualitates ſuas, unde eſt ꝙ hic laudat Autumnum pluuioſiorem, nam talis utique non ſeruat naturam ſibi propriam, cum deberet

eſſe frigidus & ſecus, & iſto modo eſſet cõtrarius humanæ uitę quæ in calido et humido temperato uerſatur. Conciliator tangit hanc materiam circa finem differẽtiæ. 66. uide eum quia multa ſcitu digna ponit de etiã eundem ſuper tertia particula. proble. 2. & 3.

AVICENNA in tertiã cap. ſecundo de regimine lactationis & retentionis a lacte, uult quod Nutrix præbeat infanti panem cum uino mixtum, aut cum lacte, & ſubdit. Et tunc quidem parum aquę tribuatur, & in aliquibus uicibus quę cum pauco uino, ſit mixta, nec permittatur ad repletionem peruenire. Quæ litera ex toto eſt contraria illi, quam ponit infra de regimine Infantium cap. quarto ubi inqt. Neque uinum erit ei dandum, & proprie cum aliquis fuerit calidę & humidæ complexionis, quoniam nocumentũ quodlibet ex uino timetur, & uinum eſt coleræ rubeę in potatoribus generatio, quę cito eis aduenit. Et utilitas, quę & uini potatione expectatur, eſt urinę prouocatio & iunctiarum humectatio, quorum ipſe non indiget. Ideo permitendus eſt aquam dulcem limpidam ſecundum deſiderium in potu ſumere. Et ad confirmationem huius ſui dicti ſubdit in tertia pri. in cap. 8. quod eſt de regimine aquę, & uini. Et pueris quidem dare uinum ad bibendum, eſt ſicut ignem igni addere in lignis ſiccis & debilibus: ſed ſenibus & decrepitis maxime da quantum ,, poſſint tolerare. Iuuenibus autem da, ſed bene ſit temperatum. Poſtquam de uino facta eſt mentio, dicam obiter deleo quod reperio ſcripte. In uino ſunt uirtutes contrarię. Nam in. x. 3. trac. pri. cap. 6. de medicinis pectori ſingularibus & compoſitis, & de formis adminiſtrationis earum, dicit iſte princeps Aui- ,, cenna, qui mundi eſt digitus apud idiotas, quod ui- ,, num dulce aperit uehementer oppillationes pulmo-

nis, & uehementer generat oppilationes Epaticas. Quod nos ſumus in nobis ipſis experti, nec ſunt multi anni, qui cum apoſtemate pulmonis laborare mus, medici omnes & pręcipue Cęſar de Armis, uir in medicina & philoſophia ſingularis, uinum mihi penitus denegarũt. Nos autem huius dicti non im memores Paulinę de Auantrugiis uxori non pœnitendę diximus, ut uinum, & dulce mihi tribueret, & ita factum eſt. Qua de cauſa priſtinę ſanitati fui reſtituus, qui ad manes cum maximo cruciatu euolabam. Qui de uino plenam ſententiam cupit habere legat Conciliatorem in differ. 70. & in tertia parti. probl. 7.

AVICENNA Ibidem in cap. 3. de ęgritudinibus infantium, laudat medicinas uehementis caliditatis, ut caſtoreum, Ciminũ & Origanum. Et in prima 3. tra. tertio cap. xi. circa finẽ, quod eſt de apoſtematibus extra Craneum exiſtentibus & aqua extra caput. laudat in infantibus ut tam intus quàm extra applicentur frigida, ut eſt aqua hordei, & eius Sauich. Item, ſpodium ſemen plantaginis, uiolę, & reliqua. Nec Raſis in libro experimentorũ cap. 22. laudat iſta frigida, ſed oleum amigdalinum amarum, Item oleum anetinum et bren & aquam ſanſuci naribus infantis dulciter immiſſa. Item emplaſtrum de olibano ſarcocolla ſerapino, gũmi amigdalarũ, capiti ſuppoſitũ. Item unguẽtum de arthanucum & pauco olibano capiti inunctum, & parum ambrę, uel mirrhę naribus im miſſum, hęc omnia iuuant. Qui hanc tam manifeſtariam contradictionem non cernit, non modo cęcutiens, ſed cęcus etiam dici dignus eſt. Ad ampliorem huius literę doctrinam Auerrores ponit in .5. ſui Colliget cap. 27. quod eſt de cognitione medicinarum, et arborum, per rationem ſumptam

à ſpeciali diferẽtia mixti, quę eſt ſapor,ubi nullo mo ,, do concedit res amaras infantibus, quia amaritudo eſt in ultimitate contrarietatis nutrimenti anima- lium,et eſt contraria dulcedini propter ſiccitatem ſo lum, & propterea interficit infantes, qui eam mul- tum abuuntur,quoniam ſunt in ultimo humiditatis.

AVICENNA in tertia pri.cap. 2. quod eſt de regi mine lactationis et retentionis à lacte, habet, quod lac quod ſugit infãs in mane,bis aut ter eſt manibus emulgendum à nutrice priuſquam ori infantis ad- moueatur. Deinde mammilla eſt ei approximanda, & concedenda & pręcipue hoc eſt; quando in lacte fuerit inuẽta macula.Lac autem malũ et acutum non debet dare nutriens infanti ſuo donec ẽ ieiuna,ex qui bus uerbis bonus iſte Pinceps uidetur innuere,ꝙ ex quo effectus habet proportionem cũ ſua cauſa, lac ,, nutricis colecicę dum eſt ieiuna,non eſt dandum in fanti propter eius acuitatem & malitiam, cuius ra tio poteſt eſſe; quia Ieiunium nedum coleram & ſan guinem acuit & traſmutat in malam qualitatem, ſed ipſum etiam lac alterat, & pręparat ad uenenoſita- tem quandam ſuſcipiendam, & maxime ſi fuerit nu- trix colerica,ut dictum eſt. Quoniam in hora famis, corpus nutricis rapit ſibi ſugendo per uenas meſa- raicas ab epate meliorem partem ſanguinis pro ſui nutrimento, quo ſtante deterior pars ſanguinis tran ſit in Lac. Auicenna non bene recordatus huius ſuę ſententię,inquit paulo poſt in eodem cap. Res dare ad mandncandum ei non eſt conueniens, immo pri us det ei panis,quẽ maſticauerit nutrix,et potus eius deinde ſit aqua mellis,aut uinũ bene mixtum aqua, aut lac, & tunc quidem ei parum aquę tribuatur, & (ut dictum eſt ſupra)in aliquibus uicibus cum pauco uino ſit mixta, nec permittatur ad repletionem per

uenire. Vnde liquet expreſſe Auicennam concedere uinum infanti, quod ei tanquam uenenum antea ne-gauerat, ſed pręter uinum aliud eſt etiam quod facit ipſum ſui immemorem. ſiquidem Lac propter ſuam acuitatem & baurititatem (ut ita dixerim) eſt bis aut ter emulgendum manibus à nutricē, priuſquam admoueatur ori infantis , id ē quod tres aut quatuor guttę eius debent proici aſci in ſuperficie lactis inmā ma exiſtentis eſſet aliquid uenenoſitatis & malitiæ, cuius cauſa poſſet rifanti inferi nocumentum. A parigitur qua ratione in hoc loco concedit maſti-cationem panis ex ore nutricis Infanti dandam in primis diebus, cum prima digeſtio celebretur in ore 4.3. trac. primo cap. primo,ubi agitur de Anatho-mia Epatis , & ad ſaliuam concurax maxima pars colerę, quę repit ad os per Iſophagum , ex ſtoma-cho. Hac de cauſa Auicenna non immerito nunc cō-cedit quod paulo ante exprobauit , eo maxime quia in ſecundo Can. in cap. de ſaliua , dicit ſaliuam ho-minis ieiuni eſſe tantę acuitatis & potentię, quod in terficit uermes aurium,& illos ſtatim educit cum fue rit auribus inſtillata,& præſertim ſi homo ille fuerit colericus . & ſubſequiur quod reſiſtit oxico & uene-no . item interficit ſcorpiones deforis approximata . Idem ponitur in 6.4. trac.3.cap.9. ꝙ eſt defeugatio ne ſerpentinum , In quo loco habetur ꝙ ſaliua ho-minis colerici ieiuni interficit ſerpentes uenenoſos ſi in eorum os ſpuntur. Proinde commonendus eſt le ctor, ex quo à nobis eſt facta mentio de ſaliua quod iſte auctor facit duo capita de ea in ſecundo can.in litera. S. unde non parum eſt mirandum de tam-parua re in pauca diſtantia non conſideraſſe,quia de ea ſcripſerat paulo ante ſicuti etiā ibidem facit tria capita de Gelous ꝙ Pinus interp̄tatur,uidelicet ca-

put de Gelouz, caput de Grano Pini & caput de Pino, quę tria ſunt unum & idem indifferenter.

AVICENNA in quarta primi in cap. 4. quod eſt de regulis communibus uomiui & ſolutioni uentris, dicit. Et febrem quidem habentis uentrem ſoluere melius eſt, quàm facere ut ipſe uomat. quaſi uelit dicea quod uomitus nocet plus febrienti q̃ ſolutio. Iſta litera ex toto opponitur illi, quam ponit prima. 4. in cap. 7 quod eſt de intẽtione ad curationes uniuerſales febris putredinis. Vbi ſcribitur, quod ſi inuenis humorem in primis declinare ad ſtomacum, fac uomere cum eis in quibus non ſit diuerſitas cõſuetudinis, immo cum eis quę ſunt ſicut ſyrupus acetoſus cum aqua calida, & hoc eſt quando natura mouet humorem per ſuperiora ad uomitum, tunc non diuerſifices eam. Eſt etiam oppoſita literę eiuſdem fen, in cap. 57 de cura febris Phlegmaticę, ubi dicit, Et uomitus quidem cum eo, quod eſt in eo de debilitate ſtomachi, ẽ uehementis euuamenti ualde, et eſt ultimus huic ægritudini. Sane non abre dicuntur hęc uerba, quoniã cũ ſtomachus ſit ſentina & lacuna phlegmatis, quod(ut ſupra dictum eſt) non habet proprium receptaculum ut alii humores, tamen per accidens reperitur magis in eo, quàm in aliis membris, quia ibi per uiam indigeſtionis generatur, quod profectò non eſſet, ſi bona geſtdi perficeretur in eo. Hanc eandem ſentẽtiam ſcribit auctor in Fen ante allegata cap. 65. de cura quarta dicens. Et uomitus iterum & proprie ante & poſt abum eſt conuenientior, & proprię in die Paroxiſmi, & ante paroxiſmum, & proprie quando melancolia eſt phlegmatica, tunc eſt de rebus in ea maxime iuuantibus, & non modo in principio, ſed in omni hora & tempore.

AVICENNA in allegata Fen. in cap. 5. quod eſt

de ſermone purgationis uentris & regulis eius, dicit, Quod cum aliquis medicinam uentris ſolutiuam biberit, melius erit ei, ſi medicina erit fortis, ut ſuper dormiat antequam operetur, quoniã melius operabitur. Et ſi debilis fuerit, melius erit ei ne ſuper dormiat, quoniã dormiẽdo natura digerit medicinam & ſic non faciet operationem. Contrarius eſt ſibi ipſi prĩceps in prima tertii cap. 29 de canonibus uniuerſalibus ęgritudinum curationis capitis, ubi ſic habet. Solutiua uero facilia ad purgandum caput ſunt uelut Aſſaieret, ex quibus ſumitur pillula magna, ut paruum pondus operationem faciat ſufficientem cum mora; & non noceat propter paruitatem ſuam iteratio, & ſuper ipſam dormiatur, ne motus & uigilię deſtruãt eius operationem. Ecce tibi quod Auicenna uult quod ſuper quancunque etiã leuem medicinam ſit dormiendum hic, & ibi ſolum ſuper fortem.

AVICENNA In eadem Fen in cap. 13. de iuuamẽtis, quę affert uomitus, dicit, quod ſtomachus non habet, quod ipſum mundificat, ſicut inteſtina habent coleram rubeam, quæ ad ea deſcendit, & ipſa mundificat. Ex qua litera infertur, quod ad ſtomacum non repit nec effunditur colera aliunde: Et ibi in cap. 16. de ęgritudinibus ſtomachi habet, Et plurimũ quidem quod inuenitur in ſtomacho, aut generatur in ipſo ex humoribus, eſt phlegma, cuius cã eſt, quia Chilus eſt naturę propĩquę phlegmati: & poſtea ſubdit: Et iterum ad ſtomacum non effunditur in pluribus diſpoſitionibus colera lauans eum, ſicut abluit inteſtina. Oppoſitum huius ſententię iſte auctor ponit in. 15. 3. in cap. de Anathomia fellis, ubi dicit quod Chiſtis habet orificium, & meatum ad partes ſtomachi & inteſtinorum, ex quibus mandat ad partes eorum ſuperfluitates colericas.

Auicenna

AVICENNA in eadem Fen cap. uigeſimo; quod tractat de Phlobothomia, in principio capituli dicit eam eſſe uniuerſalem euacuationem, quę multitudinem euacuat, multitudo autem eſt augumentum humorum ſuper æqualitatē ipſorum in uenis, & in prima tertii cap. 19. q̄ ē de modis uniuerſalibus curationis dicit idem, uidelicet phlobothomiam eſſe communem humorum euacuationem. Tamen in 14. 3. in cap. 4 trac. 4. ubi fit ſermo de Hydropeſi, dicit quod nocibilior euacuationum in ea eſt euacuatio ſanguinis, idē affirmat paulo infra in cap. 12 de ſignis Cacheſię his uerbis. Et deuitent phlobothomiā quantum eſt poſſibile. et conſequenter ſubdit, Et ſi phlobothomia fuerit neceſſaria propter repletionē ſāguinis, aude ſuper eam cum menſura, & partire in diebus tribus aut quatuor, Et cum plus eſt neceſſaria phlobothomia, tunc eſt qñ cauſa eſt ex retentione ſanguinis hemorroidarum aut menſtruorum. Ecce quomodo concedit nunc quod prius exprobauit.

AVICENNA In eodē capite de phlobothomia dicit. Et ſummopere tibi caue ne ęgrum ad unā duarū rerum perducas, ſcilicet humorum colericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem, Quaſi uelit his uerbis innuere, quod ubi eſt pręſētia humoris colerici, ibi debet medicus prohibere phlobothomiam, ad hoc ut eius ebullitio uitetur, quoniā ſanguis eſt frenū colerę. Sed huius literę oppoſitū legitur in 10. 3. cap. ſecūdo quinti trac. de cura pleureſis, ubi dicit, Quidam uero ſapientium dixere, q̄ cura eſt quantum eſt poſſibile, ut euacuetur cum phlobothomia timendo inquietudinem, quā quandoque facit cauere ſolutiuū, Et nos iam diximus iſtud, & proprie quādo ſputum eſt colericum ualde, & proprie ſecundum quod dicit Galenus, quando febris eſt uehemens ualde. Quare

apparet ex his uerbis manifeſte, quod ſtante ſigno colerę Auicēna precipit fieri phlobothomiam, nihil penitus timens humorum colericorum ebullitionem.
AVICENNA In eodem cap. ſupra allegato dicit, Cumque in febre te oportebit phlobothomare non attendas quod quidam dicunt, ſcilicet quod non eſt bonum ut poſt quartum diem fiat, quoniam bonum eſt ut fiat, etiam ſi fuerit poſt quadraginta dies, & hoc ſecundum ſentētiam Galeni, licet præmittere, et properare ſit melius. Oppoſitum huius dicti eſt in prima 4 trac. ſecundo cap. 7. quod eſt de Intentione ad curationes uniuerſales febris putredinis, ubi ſic ſcriptum reperitur. Et cum poſtponitur phlobothomia in principio ęgritudinis, non amplius ei eſt Intentio, & fortaſſe interficit per aduentum debilitatis uirtutis. hęc ille ad literam. Hic unum ſilentio non prętereūdū puto, quod maxime facit ad propoſitum poſtquam incidimus in ſermonem phlobothomię. Operæprecium eſt docere medicos noſtri temporis latitudinem dierū ęgritudinis aptam ad minutionē, cuius eſt non parua controuerſia apud neotericos. Quare dico quod phlobothomia poteſt fieri in omni tēpore tam febris cōcluſæ q̄ interpolatæ, quod ponitur à Gal. in libello de phlobothomia, ubi dicit, ꝙ non eſt attendēdū ad dierum numerum in minutione quemadmodum quidam ſcripſere. Hoc idem teſtatur Serapio in ſexto breuiarii, Raſſis in xr. cōtinētis, & Auerroes in ſeptimo Colliget. De quo ualde miror ī cap. tertio, quādo dicit, quod Auenzoar phlobothomauit filium ſuum trium annorum, & euaſit à morte: quod eſt purum mendatium, cum talis litera non ſit in libro Auenzoar, qui Impreſſus uenundatur, ſcripta. Miror etiam de Arnaldo Altę uillę homine ī medicina magni nominis, qui in calce ferè quar

ti cap.primi libri ſui, qui breuiarium inſcribit, ubi tractat de dolore capitis facto ex ſaguine,dicit, quod tam in hac paſſione, quàm in aliis ęgritudinibus, in qbus cõpetit phlobothomia,talis phlobotomia ſemp debet fieri indie nõ critica,ut in 2.6. & octaua, & ſic deinde,& nõ i tertia,quinta,ſeptima,&c. Ex quibus uerbis uir ille fatetur ſe nõ uidiſſe auctores ſupraſcriptos, cum ei ex toto ſint contrarii. Et in fine eiuſdem cap.dicit plus uitij,quàm iſtud quod mõ poſuimus. Et eſt,quod eo die, quo phlobothomamus non debemus uti clyſteri. quia ait Hippocrates in fine acutorum. Cum phlobothomaueris nõ indigebis clyſteri.ad hoc dicitur,quod liber ille quartus regiminis acutorũ non ẽ Hippocratis,ſed alicuius alterius,nec i uenitur allegata auctoritas ſcilicet,Cum phlobothomaueris clyſteri nõ indigebis.Quod ille quartus regimis acutorum non ſit Hippocratis,apparet,per cõmentum ultimum ipſius Galeni exponentis illum librum: & ratio poteſt eſſe iſta, quia Hippocrates in apho 10. ſecundæ particulę ait corpora ubi quis uult purgare, oportet fluxa facere, Conſtat autem quod ſuppoſitoria de lardo,medulla caulis & c.non reddũt corpus fluxibile, quia debiliter mouent, nec agitant materias educendas,ſed clyſter (teſte Raſi in nono continentis)ſi comprimatur uehementer aſcẽdit quãdoque ad ſuperiora,ut puta ad ſtomachum,& emanabit de naribus.ſed compreſſione leui nõ peruenit ad ſurſum,ſed ad locum tantum quem proximum inuenit. Idem dixit Galenus in ſexto de accidenti & morbo,quod Clyſter q̃doque emittitur per uomitum. quod intelligitur de Clyſteri acuto,& non alio. Parergon hoc non abre, ut puto, fecimus, nec illepide.

CONTRADICTIONES IN PRINCIPEM AVICENNAM, SV

per ſecundo Canonis Libro, qui eſt de ſimplicibus, per Artium et Medicinæ Doctorem Actium. P. Pellenigerum Troianum equitem auratum Ac Poetam Laureatum, excerptæ.

CV M totus ferẽ Auicennę liber mancus ſit, & deprauatus; hic tamen ſecundus, qui tractat de ſimplicibus, undique ſcatet mendis, quod meo iudicio non alia ex cauſa prouenit, niſi ex ipſius auctoris temeritate & inſcitia: cuius rei teſtis, ẽ Auerroes ĩ tertio cœli et mũdi tex. 9. 67. cir ca finem, ubi in tribus hunc hominem arguit dicens, tria fecerunt Auicennã errare frequenter in naturalibus, ſcilicet inexperientia rerum quas ſcribit in medicina, confidentia proprii ingenii, & ignorantia logices. Hoc idem contra eundem quaſi ad literam ponit idem auctor in tertio de anima tex. 9. .30. in fine. Quare ſi emendandi hanc prouinciam uellem ſuſcipere, oporteret totum principem deſtruere: quod nihil aliud eſſet, q̃; laborem ſerere, ut dicitur. Et ſi me hercule nefas eſt huic parti nõ ferre ſuppetias, cũ medica facultas, quę tota uerſatur in ſimplicibus, magno ſemper honore ſit habita: Nã pręter ſacras literas in libro ſapientię legitur, Honora medicum propter neceſſitatem: creauit. n. eum altiſſimus. Et Demoſthenes ad Alexandrum ſcripſit, Cum enim uincamur à diis in omni munere, ſola medicina eſt, quæ nobis deos reddit ęquales. Pluri-

bus argumentis & auctoritatibus medicinę laudes poſſem recenſere: ſed uereor ne idem mihi obiiciatur quod illi, qui uoluit Herculem in concione prędicare apud Lacedemonios, cui hi reſpondere. Quis Herculem uituperat, aut quis minus bene de eo ſentit, quis eum, quem tu uis laudare, non inter immortales deos enumerat, extollit, locat, & obſeruat? Tanta eſt .n. huius ſanctę ſcientię prętantia, tāta auctoritas atque excellētia, ut iſtis prorſus p̄coniis nō īdigeat. Et mea quippe ſententia non immerito, cum omnes alię ſcientię à mortalibus fuerint excogitatę: hęc una ab ipſis diis immortalibus eſt inuenta, quod Naſo noſter teſtatur in primo Metamorphoſeos Apolline dicente, Inuentum medicina meum eſt, opifexque per orbem Dicor, & herbarum eſt ſubiecta potentia nobis. Hic eſſet dicendum de eſculapio, Podalirio & Machaone, deque cęteris aliis in medicina principibus, quos ſigillatim non euumero, quia ſcribo laconice, ſi quis tamen ita fuerit eos noſcendi auidus, oro legat Plinium in. 25. ſuę naturalis hiſtorię cap. primo. Item Ioannem Tortellium in Hippocrate; & Ioannē Baptiſtā Mantuanū Carmelitā in cap. 6. primi libri de patientia: à quibus cū ātiquos, tū etiā recentiores medicinarum antiſtites edocebitur: Sed ne te mi Porti Simeon plus traham in moram, finem facio, ſi hoc unum de uirtutibus herbarum prius dixero. Hę propter ſtupenda miracula quę faciunt, ſi fide careāt implent tamen omnes admiratione, unde confiteri cogunt, multum eſſe quod uero ſuperſit. Nam quod inueniatur herba, cuius contactu à Pico auicula exilit cuneus ferreus arbori à paſtoribus adactus, quod Catulus à Dracone occiſus ad uitā ſit reſtituitus (ut ait Zanthus) quod quidam Philon, quem ſerpens ad mortem momorderat herbæ ſucco ſit ad ſalutem re-

uerſus. Et pleraque alia id genus, quę certe nō ſine de orum numine concedūtur, ſolia ſunt artis, ut dicit, & lippis ac tonſoribus nota. Sed principem Auicennam audiamus, ne folium nugis pluribus impleatur.

AVICENNA igitur in ſecundo can. in cap. tertio, quod eſt de cognitione uirtutum medicinarum per ratiocinationem, ubi loquitur de odoribus, hoc eſt de rebus odoriferis, dicit ſic. Omnes ergo odores ex quibus ſentitur mordicatio, aut declinant ad latus dulcedinis, ſunt calidi, Et illi ex quibus ſentitur acetoſitas & chariagiti roralis omnes ſunt frigidi. Et bene redolentia ſecundum plurimum ſunt calida, niſi illa quibus aſſociatur roralitas, ut muſcus, & ſedatio ſpiritus, & anelitus ut Camphora & Nenuphar. Tamē in proprio cap. huius libri Muſcus ponit calidę & ſiccę naturę ſiue complexionis in ſecundo gradu, ultra in quīto libro de uiribus cordis Muſchus ponitur calidus in primo gradu. Vnde autumandum eſt per hanc uarietatem naturę, & gradus, aut illum librum non eſſe Auicennę, ut communiter tenetur, aut ipſum de eadem re non habere memoriam.

AVICENNA in eodē libro in cap. de Agno caſto, dicit, quod agnus caſtus eſt ex eis medicinis, quę multiplicāt lac minorando ſperma. Cuius literę oppoſitum ponit 12. 3. in cap. ſecūdo de exuberatione lactis, ubi habetur. Et ſcias quod omne quod facit exuberare ſperma facit etiam exuberare lac in pluribus corporibus, ſicut eſt ſemen lactucę, & papaueris, & uber caprę & ouis: Quēadmodum illud, quod deſiccat ſperma, minorat ipſum, & prohibet generationem eius, minorat lac etiam, ſicut ſemē canabis. lege Gal. in 6. de ſimp. med. c. 43.

AVICEN. in eodem lib. in cap. de Apio dicit, ꝙ ſemē eius facit nauſam & uomitū. Tamē i. 3. primi doc.

6.cap.8.quod eſt de regimine iter agẽtis ĩ mari, dicit quod in ſemine apii bibito eſt uirtus probibendi nauſeam & cõmotã ſedãdi. quod autẽ dicit de aſſatione eſt fuga baranorũ, cũ pparatio nõ auferat malitiã ut patet de coctione fabarũ per Zoar noſtrũ in princ. primi libri.

AVICENNA Ibidem in cap. de argẽto uiuo, tenet ipſum eſſe frigidum & humidum in .2. Oppoſitum huius ponitur in.6.4.cap. de argẽto uiuo, ubi dicit, ꝙ quando extinguitur & ſublimatur, eſt multum nociuum & inciſiuum, quod non eſſet ſi nõ eſſet calidũ.

AVICENNA Ibidem in cap. de Cinamomo tenet ipſum calidum & ſiccum in tertio. Et in libro de uiribus cordis ponit illud calidum in.2.& ſiccũ in .3.

AVICENNA Ibidẽ in cap. de Camphora dicit, quod facit uigilias. Eius contrarium ponitur in tertia 3. in cap. de Soda temporali, ubi concedit Camphoram ad ſomnum inducendum.

AVICENNA Ibidem in cap. de Coriandro, dicit illud eſſe calidę & ſiccę complexionis. Et in.16.3.cap. ſeptimo in fine, quod eſt de medicinis cordialibus, ponit idem tã ſiccum quàm humidum eſſe frigidæ complexionis.

AVICENNA Ibidem in cap. de Carne, ſcribit Leporem eſſe calidæ & ſiccę naturę. Et tamẽ in capite Leporis eiuſdem libri, dicit eius carnem eſſe frigidam, & ſiccam, & quod plus eſt, paucarum ſuperfluitatum. Hanc eandem ſententiam replicat iſte auctor in .22. tertii trac.2. cap. 7. ꝙ eſt de curationibus dolorum iũcturarum ut podagræ, & ſciathicæ. Amplius in.16. tertii trac. primo cap. quarto de cura fluxus uentris abſolute.

AVICENNA Ibidem in cap. Cubugi. i. Perdicis in Areola decorationum tenet, quod eius caro impin

guat cum ſit frig idę complexionis. Idem dicit in deci ma tertii , cap. tertio ſecundi tractatus de curationi bus uniuerſalib us tremorum cordis . Et tamen in .9 3. cap. xi. primi trac. de cura decollationum & pręfo - cationum, & omnis ſuffocationis ex omni cauſa, habe tur quod caro perdicis , quę alcubugi nominatur arabice, eſt calidę complexionis cum ęqualitate ſicut caro gallinę. Licet in decima tertii in cap. 6. trac. 3. de ſputo ſanguinis habeatur, ꝙ talis caro ſit pauci ſan - guinis, ſicca, & leuis. & in 7. 4. cap. ſecundo 4. trac. dicit , quod caro perdicis impĩguat ſicut caro Anatis & Gallinę . Pro hac materia lege conciliatorem no - ſtrũ in differ. 68. ubi tractat de carne , & de bonitate auium tam ſilueſtrium , quam domeſticarum, lege in ſexto ſimp. medic. capite ſeptimo.

AVICENNA Ibidem in cap. de capillo Algud . ideſt capilloueneris dicit eũ eſſe calidũ & ſiccũ. ſed in 18. tertii in cap. 12. quod eſt de cura ulceris renum te net eſſe temperatum .

AVICENNA ibidem in cap. de gũmi Draganto. aſſerit tale eſſe frigidę cõplexionis, declinans tamen ad ſiccitatem. Et poſtea parũ infra in cap. de Gũmi, dicit omnem ſpeciem Gũmi eſſe calidę complexionis .

AVICENNA Ibidẽ in cap. de Epate, dicit ꝙ Epar anatũ & gallinarũ pinguiũ in ſanitate obtinet prin - cipatũ, & ſic apparet eũ laudare ſuꝑ oĩa Epata. Cuius contrarium pọnit. 16. 3. trac. 2. de cura fluxus Epatici cap. primo, ubi habet princeps iſte glorioſus. Et in in ceptione aſſallationis epaticę, eſt primũ ut nõ appro ximetur Epar Epati, quoniã Epar non recipit illud . Quãuis dicant nonnulli textũ illũ eſſe mendoſum, et ubi legitur Epati, pani debere ſcribi, aſſeretentes panẽ eſſe uiſcoſum , ac per hoc cum difficultate cõcoqui. Si quidem quanto magis malaxatur farina tritici, tanto

magis eius panis dealbatur, Quoniā in malaxatione remouetur illa humiditas, quę erat cauſa uiſcoſitatis. Cuius contrarium euenit, quādo panis & farina hordeacea configitur, quia quanto magis malaxatur, tanto magis eius panis denigratur. Sauo. ca. 159. col. tertia in fi. & Anton. Cermiſo, in conſilio ca. 44. & Galeno 27.

AVICENNA Ibidem in cap. de Galbano dicit, quod eius odor facit epilenticos reuiuiſcere Et in tertio Can. in trac. quinto in cap. de cauſis eam mouen. cap. 10. in fine dicit, quod ſuffumigatio galbani detegit epilepſiam. nulla igtur alia ſit, ſi hęc non eſt cōtradictio. Aggregator uidens hnac cōtradictionē conatus eſt Auicennam ſaluū reddere, quod Galbanum conuenit tantum in declinatione epilepſię, in aliis autem temporibus non, quod penſitet curioſus lector, quoniam nhil eſt, cum in declinatione morbi etiam contraria iuuant.

AVICENNA Ibidem in cap. de grano Pini. in areola mēbrorū nutricationis dicit, quod Grana Pini confortant ſtomachū. Et in. 13. 3. trac. primo, cap. ultimo circa finē, enumerans medicinas ſtomacho inimicas & nocētes dicit, ex medicinis & cibis ſtomacho magis nocentibus ſecundum plurimum ſunt grana Pini.

AVICENNA Ibidē in cap. de Iabrol quod Mandragora interpretatur, dicit eā eſſe plantā inſtar humanę figurę plaſmatā. Quo in loco, ut cęteros uiros in medicina precellētes ſilētio īuoluā, deridetur à multis noſtrę facultatis profeſſoribus, & maxime à Bartholomeo Montagnana in calce conſilii. 208. in Cap. 6. quod eſt de memoria quarūdā medicinarum ab occulta natura ad generationem facientiū, dicente. Neque opinandū eſt Mandragorā eſſe plantā, cuius

radix humanę figurę, exiſtit ſimillima, ſicut Zarpel' lones & zarpattones per plateas quottidie oſtendunt decipiendo uulgus ignarũ. Licet Auicenna tantæ ſpeculationis homo, & magnus philoſophus in hac herba fuerit deceptus. apparet .n. ipſum crediſſe talem plantã in radice eius ad humana figurã penitus plaſmatam, quod equidem poteſt eſſe, quia hoc nomen Mandragora grecũ exiſtens figurã humanam importare uidetur. Hęc ille ad literam. Non me latet quid dicat Columella de iſta planta in principio hortorum ſuorum ibi. Quãuis ſemihominis ueſano gramine facta Mandragorę pariat flores, meſtãque Cicutam. Vbi tenet poeta hanc plantã habere ſimilitudinẽ humanę figurę in dimidia parte. i. in radice, à quo fortaſſe Auicenna hunc locum mutuatus eſt.

AVICENNA Ibidem in cap. de lingua Bouis, quę Bugloſſa dicitur, uidetur accipere hoc olus pro Boragine, ut optime ante nos animaduertit noſter Leonicenus, homo utique emunctę naris, qui ĩ libro ſuperius allegato in cap. de Turbit, per longũ ꝓceſſum contẽdit caput iſtud Auicẽnę, eſſe in Boragine. Attamen in libello de uiribus cordis ſcribit hęc uerba in eodẽ cap. Quæ autẽ in his partibus reperitur eſt generis alterius plãtę, & accipiť pro lingua Bouis ꝓpter ſimilitudinẽ illius ad illam, cũ tamen non ſit illa: ſed etiam ei cõuenit cũ uirtute ꝓprietatis, & appropinquat eius natura temperamento, nec tamen imprimit ſicut illa. Ecce quomodo Auicenna non facit mentionẽ de Boragine in ſecũdo libro canonis, nec etiã cognouit eã. ſicuti nec cognouit linguam Bouis, cum unam ponat pro altera. de qua adhuc ſcrbit ĩ. xi. 3. trac. 2. cap. 4. de cura tremoris cordis calidi, quod non eſt expers malignitatis, dicens ferè in principio cap. ſuper Bugloſſam uero ſis audax, ut non timeas malitiã eius, & ute-

re ea cũ omni eo q in potu tribuis,& ĩ cibo exhibes.

AVICENNA Ibidem in cap. de lacte dicit, quod aqueitas id eſt aqua caſei eſt calida. Eius tamen oppoſitum ponit in 20.3.trac.primo cap.17.ubi docet,quo modo ſit ſuccurrendum ei qui nõ poteſt coire.Ibi habet ſerum eſſe frigidũ inflatiuũ, ĩquiẽs. Et ſi cauſa fuerit in ea paucitas inflatiõis ualde adminiſtra infrigidationẽ,& ęquationem cũ potibus & decoctionibus, et epithimatibus,et aliis cibis. Et ſumãtur ea ĩ quibus ſunt infrigidatio & inflatio ſicut Pira & Mora ſcemia & Fabę & Serũ.& paulo infra in eodẽ cap.ſubdit. Et ſi cauſa fuerit calor mẽbrorũ ſpermatis cũ ſuperfluitate, cõfert omne infrigidatiuũ & humectatiuum cũ ęq̃litate,ſicut ſerũ,uaccinũ,et lac,ĩ quo cocta ẽ portulaca

AVICENNA Ibidẽ & in eodẽ cap.de Lacte, dicit quod aliqua genera lactis, ut ſunt Camellarum, aſellarũ,& caprarũ cõferunt ad duritiẽ ſplenis: Cuius oppoſitum aſſerit ĩ.xs.3.trac.2. cap. ſeptimo,ubi ait. Et omne lac pręter Camellarum eſt malũ ſpleni. Iſtud idem ponit in .13. 3.trac. quarto de cura apoſtematum durorum ſtomachi. ubi ſcribit in principio cap.octaui, Et omnes medicinę quę ſunt uehemẽtis reſolutionis in fine apoſtematum calidorum, ſunt hic iuuatiuę. Et oportet ut in potu ſumant lac Camelarum nouiter fœtarum, aſſidue.

AVICENNA Ibidem dicit, quod ſal iuuat ad ſolutionẽ aquę lactis. Eius cõtrariũ ponitur ĩ.6.4.trac. ſecundo cap.21.quod eſt de congelatione lactis in ſtomacho. ubi dicit: & oportet ut alienetur illi in cuius ſtomacho caſeatur Lac à ſalitis, quoniam ipſa abeunt in caſeitatem.

AVICENNA In eodem libro in cap. de liquiritia dicit, quod eius radix eſt temperata, & ſi ad quid declinat,uergit ad caliditatem, Et tamẽ in.2.3.trac.1.

in fine cap. quarti, quod tractat de cura Pariliſis, dicit, Et etiã illud quod aliquid infrigidationis habeat, ſicut ſuccus liquiritię, ſemen edirię & reliqua. Idẽ memorat in prima 4. trac. 2. cap. 1. quod eſt de curationibus febris acutę, ubi quaſi in principio dicit. At modi extinctionis uehementiæ caliditatis, ſunt cũ infrigidatione aeris, & cum frigidatione cibi, & cum Epithimatibus, & emplaſtris, & cum medicinis, & cũ retentione eorũ, quę ſunt ſicut murcilago pſilii, granorum Citonii, ſuccus liquiritię & portulacę in ore, ut ſedetur ſitis. Nam aſſiduare guttur patientis ęgritudinem calidam ut remaneat os humidũ, & non exſicietur in curis eſt iuuatiuum ualde. Idem habetur in. 1. tertii trac. ſecundo, cap. 17. quod eſt de regimine ſitis eorũ ſuperfluę. ubi laudatur ſuccus liquiritię, quia eſt frigidę complexionis.

AVICENNA Ibidem in cap. de Opio dicit, quod eius potio non additur ſupra duos Danich. ubi in ſinonimis reperitur Danich eſſe pondus triũ granorũ hordei. & ſic ſumma doſis Opii, quę poſſit dari, eſſet ſex granorũ hordei. Tamẽ in xi. 3. trac. 2. in fine cap. quarti, quod eſt de cura tremoris calidi, concedit potionem in quam ingreditur medietas Dragmę Opii, dicens. Et melius quidem eſt, ut in potu tribuas de ſemine Mãdragorę quartã unius dragmę, & de Opio uſq; ad medietatẽ dragmę unius, permixtis cum medicamine aromatizato cũ muſhco Xyloaloe crudo, Cãphora & croco. In quo loco Auicenna non ſex grana Opii, quod tantum uidetur uereri in ſuo proprio cap. ut diximus, ſed triginta grana exhibet.

AVICENNA Ibidem in cap. de Ouis ait in Areola naturę, quod Oua ſunt tendentia ad æqualitatẽ, ſed eorum albumẽ ad frigiditatẽ, & uitellus ad caliditatẽ, & quod ambo declinant ad humiditatem, pręcipue

albumen. Cuius literę cōtrarium ponitur in 3. primi trac.2.cap.24. ubi agitur de cura ſodę ex ebrietate. in quo loco habet. Et pone cibum ipſorum, qui habeat infrigidationem, humectationem, & ſubtiliationem, ſicut eſt uitellus oui. Iſtud etiã dicit 1.3.4.trac.3.cap. 16. de cura cãcri, dicens. Et ponũtur de illis q̃ infrigidant & humectant, & generant materiam ſaluam, ſicut aqua hordei, & piſces parui, & uitelli ouorum ſorbilium, & illis ſimilia. Ecce quod in his locis aſſerit uitellum oui eſſe frigidę complexionis. Præterea qui non eſt cæcus, poteſt hic cernere cōtrarietatem maximã in eius uerbis, q̇ dicit ouũ tendere ad ęqualitatē, et poſtea ſubdit, eius albugo uergit ad frigiditatem, & uitellum ad caliditatē. ex his dictis non reſultat æqualitas, nec tēperamētũ, ut doctiſſimo lectori eſt manifeſtarium. Auerroes ſtimulus medicorũ, in quinto colliget in cap. 48. quod eſt de operationibus ouorũ, tenet uitellum oui eſſe eiuſdem ſubſtantię cum albumine dicens, q̧ uitellũ oui eſt ſimilis ſubſtantię cum albumine. Et in ſecundo Canticorum dicit, quod oua tantum nutriunt, quantum ponderant,

AVICENNA Ibidem in cap. de oleo dicit, quod oleũ de Lilio eſt frigidum, immo frigidius oleo citoniorum. Et infra in cap. de lilio aſſerit Lilium eſſe calidum & ſiccum in ſecundo gradu. Idem habetur in .5. can. trac. decimo cap. de oleo de lilio, dicens illud conferre ad frigiditatem matricis & ad eius pręfocationem, Item ualere ad Colicam, & quod calefacit renes & ueſſicam. Hanc literã cōfirmat Ioannes Meſue in ſuo Grabadi, in cap. de oleo de Lilio, aſſerens conferre dolori pectoris, & eſſe ſedatiuũ omnium dolorum ã frigiditate cauſatorum. Item dicit quod iuuat ad dolorē matricalē & eius frigiditati opem ferre, renes calefacere, & ſubuenire colicę. De Lilio autem cæ

leſti, quod ireos uocatur à medicis, nulli dubium eſt ipſum eſſe calidum.

AVICENNA Ibidem in cap. de pane, ait. Oportet quod panis ſit mundus, ſalitus, bene habens maſſam confectã, fermentatus, bene coctus, et nõ comedatur calidus ſicut extrahit̃ de furno, quoniam talis nõ eſt recoptibilis apud riaturã. Et acceptio eius qui eſt de furno, & reliquorũ ſibi ſimiliũ, eſt mala. Cuius ſententię contrariũ habetur in 16. 3. trac. 4. cap. 4. quod eſt de Tina, Balenis, & Embrocis ad colicam. Vbi dicit, uerũtamen Tina facit accidere anguſtiã & ſincopim, propter quod minuit de uirtute. Quapropter oporter utatur ea debilis ſecundũ cautelã, & ſint ei præſto & proxima ea quę confortãt uirtutem de odoribus fructuũ & aromatũ, & panis calidus, et ea q̃ delectant. Quare patet panẽ calidũ, id eſt recens de Clibano ueniens, confortare uirtutem, & eo delectari apprime naturam.

AVICEN. Ibidẽ in cap. de Thaphiſia, exponens hoc uocabulum dicit, quod eſt gumma rutę ſilueſtris de qua ſcribitur in ſexra. quarti, unde notum ſit Auicennam non compilaſſe ſuos libros ſecundum ordinem quem legimus, quia Quartus Canonis fuit ante compoſitus quàm iſte ſecundus, quem in pręſentiarum habemus in manibus. & in Areola dicti capitis, ubi tractat de membris expulſionis, dicit quod in radice, cortice, & lachryma ipſius Thaphiſiæ eſt ſolutio. Poſt hęc de eadẽ Thaphiſia tractans in quarto can. in cap. proprio quod eſt 13. in ordine, dicit, quod in gũma rutę montanę quãdoque ſentitur in ſapore eius ſicut ſapor Albedarungi, & eſt calida, & accidit ei qui bibit eam retentio rerũ omniũ, quę currũt ex utriſque uiis, quod eſt dicer̃ eã eſſe ſtipticã ultima ſtipticitate, & apoſtematur ei lingua, & accidi

rugitus & inflatio. Et ſic patet ex his dictis manifeſta contradictio de eadē re, cū primū dicat eam eſſe ſolutiuam, & poſtea ſtipticam.

AVICENNA Ibidem, & in cap. penultimo eius ſecundi Can. quod eſt de zuccaro in Areola membrorū nutritionis tenet zuccarū habere uirtutem faciēdi ſitim. Cuius cōtrariū dicit in 6. 3. trac. primo, cap. 19. de aduſtione linguę, ubi ponit zuccarū Alhaizez. i. Taberzet cū reliquis medicinis frigidis, & humidis.

AVICENNA in cap. de zuccaro, quod eſt ultimū caput iſtius ſecundi libri canonis, dicit zuccarū eſſe æqualis mundificationis & abſterſionis cū melle. Verū in prima 4. trac. 2. in cap. de cibatione febricitantium in generali, ponit mel eſſe magis abſterſiuū, quā zuccarum. Idē aſſerit in. x. 3. trac. 5. cap. 6. quod eſt de cura ulcerū pectoris & cura phiſis, ubi in principio fere cap. dicit, Quod non eſt in mundificatiuis, abſterſuis, & huiuſmodi, aliquid ſicut mel. ipſum. n. eſt mundificatiuū, & cibus à natura dilectus, & cum hoc non nocet ulceribus. Eadē ſententia ponitur in. 7. 3. quę unicū habet tractatū in cap. ſecundo de cōſeruatione dentiū, dicens; Et melius quidē, eſt ut fricētur dentes prius cū melle, ſi eſt illic frigus, aut cū zuccaro ſi eſt declinatio ad frigus, aut parum caloris. Vnumquodque autē amborum congregat proprietates laudabiles abſterſionis, cibationis, & impinguationis & mundificationis: ſed zuccaū in hoc, totum eſt melle inferius.

ACTIVS PHILIPPVS PELLE, NIGER TROIANVS, AR. ET med. Doctor Eques Poetaque Laur. ad medi corum atque Philoſophorum noſtræ tempeſtatis coronam Simeonem Portium de Neapoli fe-licitatem.

HAEC habui, quę dicerem Simeon Porti, in ſecũdũ canonis librũ prin cipis Auicennę, qui medicis oppi-do eſt neceſſarius, quoniam in eo agitur de ſimplicibus, in quibus (ut dictum eſt) omnis uis & potentia medicaminis cõſiſtit. Quę tibi ho mini doctiſſimo grata fore non de ſpero, non quia iſtis adminiculis egeas, ſed quia futu ra, & hęc etiam noſtra ętas forſitam incipiet per te re ſipiſcere, & caliginẽ à ſuis oculis abſtergere, per quã in baratrũ, ut pręterita fecit, erat caſura. Si non bene aut recte dicta ſunt, ſaltem quia tua ſunt, credo tibi non magnopere diſplicebunt: ſcis .n. parentes filiorũ etiam uitia non improbare. Quanquam ut prędixi-mus, non imus inficias (uti ſupra diximus) has con-tradictiones noſtras à mediculis iri neglectũ. Quod ſi in ſtudiolo meo carmina, & epiſtolas compoſuiſ-ſem, nullus me corriperet nec iudicaret, at quia ſalu-ti humanę conſulo, quę in hoc mundo ſola hominum eſt felicitas, omnes me deglubient, & dilacerabunt itaque pro labore (ut ait comicus) ab his fero odium, non putantes quod antiquam uiam Auicennæ tribu lis, ſentibus, & uirgultis purgo. ac per hoc eius dicar deprauator, & non corretor. erorẽſque magis infer-

re quam

de ſalute hominis nō debemus ꝑplexe noſtra uerba ꝓferre, cum in nulla artium ſit tantum ꝑiculi q̄tum in medicina. Et hoc eſt ꝙ ait Galenus ſuper primū Apho. primę ꝑtis Hippocratis, oſtendens nobilitatem ſubiecti medicinę eſſe corpus humanum. ideo medicus debet eſſe timoroſus in operando, ꝙ in aliis artibus non euenit, quia nō in lapides, nec in coriū nec in lignum, aut alia ſimili re uerſatur medicus, ut cęteri artifices operātur. In quibus nulla aut parua ſubiecti poteſt eſſe iactura, ſi in eis nō ita bene ad lineam opera ſucceſſerit: ſed maximus curādi timor ineſt medico, ſi circa hominē male ceciderit exꝑimēta, q̄a ipſum deſtruit ſubiectū, ꝙ deus ille opifex maximus nō mō paulo minus q̄ Angelos ſuos minuit (ut dicūt ſacrę literę) uerū ad imaginē & ſimilitudinē ſuā plaſmauit. Stude igitur tu qui curā humanorū corporū geris, uiſita ęgros tuus ſępe, et illis auxiliari nō diſferas, quia ſemel ꝑeunti nulla plus amplius ſuffragia proſunt. Eſt.n. excelſus deus, qui iudicat: ſūt cœli q̄ arguūt, ſunt elemēta q̄ ſentiūt, & ſi nihil aliud times ꝙ te puniat, ſupeſt ī poſterū cruciatus Gehennę ſic ait Ioānes Meſue ī ꝓlogo ſui oradabin ꝙ de medicinis ꝑticularibus inſcripſit. Et Philoſophus in libello de regimine principū ī cap. de regis iuſtitia, dicit auctoritatē Hermogenis, ꝙ q̄do creatura interficit creaturā, aut medicus ęgrum, tunc omnis cœlorum uirtutes clamant ad diuinam maieſtatem. Domine dn̄e ſeruus tuus uult eſſe tibi ſimilis. & deus reſpondet. Si interfecit īterficiat, mihi uindictā ſumam donec illi retribuam. At ne more pictorum Parergō contradictionibus noſtris adiiciamus, domū accedamus. cū hoc tamen ſperantes id omne, quod in pręſentiarum gratia breuitatis hic tacemus, aliquando maiori cum fœnore in uulgus redditu ri.

ACTIVS .P. PELLENIGER TROIANVS AR. ET MED.

Doctor etcet. Simeoni Portio parthe nopeo Medico & Philoſopho in comparabili ſalutem.

SIquid errati commiſimus in ſu per libris Auicennę contradictio nibus, quod non negamus, oro te mi Simeon ut corrigas, ac emē des: nam qui aliorum pecata ma nifeſtat, is non deberet ęgre ferre alios etiam eius uitia diſcutien tes. Non enim ſum ita amens, ut me exiſtimem irreprehenſibilem. quod ſi Auicennā qui primas creditur tenere in medicina, lapſus eſt tam fœde, quid igitur faciam ego homuncio, qui flu uiis medicinalibus labra uix admoui? Iam plures ſunt anni, quibus huic noſtro libello ſummam ma num impoſuimus, & eum nūquam alicui oſtendere uoluimus, ut poſſem de eo, ꝙcunq; foret iudicium, ꝑ ſens intelligere. Quod hercules feci arte, ne more Valētiani atq; Licinii me, licet imparē, medicinę di cant oſorē neocterici. Illi.n. literas uirus ac atrociſſi mā peſtem dictitabant. nos autē(ut ſupra ſumus af fati) uitia corrigimus & non laudes eius uiri quē nr̄a hęc ętas ꝓbat & colit: pręſertim cū nihil reueritus de eo ſim locutus. Nunc autē uim mihi intuli, opinio nēque illam meā, immo uici me ipſum, expugnatus tamen à nonnullis, de qbus dictum eſt ampliter in prima epiſtola. Sed dici non poteſt, q̄tum hę cōtradi ctiones mihi diſpliceant: quę ſi mō reficerent, non dubito ꝙ preſſius ac melius reficerētur. nā non ita ag-

to Marte, & exerto gladio Auicēnam principem aggrederer. maxime pp uulgus ꝙ ſemp̃ ſolet ad uitia declinare. Hęc non ſcribo, quia pręteritę ſcriptionis me pœniteat,nec ob id frōtem ꝑfrico, ſiquidē ſum in eadē hęreſi qua eram, & ero ſemp refractarius cōſtantisſimus, & putabo ſemp iſtum Auicennā nunquam fuiſſe medicū, nec de medicina bene meritū. Quinimmo ſuꝑ ꝗ dici poteſt temerarium, & ob id ſibi pluſquā par ſit,placidū et cōfidentē,credētem ſuo ingenio,nolētem alios ſe doctiores cōſulere, qđ ſi paruulus feciſſet nō mihi hūc laborē dediſſet,quia in ſētinā errorū hāc maniſeſtariā nō eſſet deuolutus. Sed multa p̄tereo ad hoc opus ſeruiētia, ne tibi uir doctisſime ſim grauis & oneroſus. Quartum hunc ergo librum canonis ad te mittimus, cū ut ſcias te à nobis plurimū amari, tū ut tua humanitate & doctrina nobis in quibuscunq; rebus poſſes, faueres. Et ſi tibi, quē omnes doctiſſimū uno ore teſtantur, cōtradictiones iſtas noſtras placuiſſe ſenſero, ac eas medicis futurę ętatis fructū aliquē parituras iudicaueris, ad ulteriora ꝓcedam, quę habeo in manibus. Quod ſi thure & pipere dignę fuerint, me ipſum cohibebo,neq; deinceps oleū nec chartā perdā.tāti n.tuū iudiciū facio,ut quę tu probaueris,nullius pu tē calūniā,examen,et reprehenſionem paſſura.quod omne ſimul legeris, deſidero à te ſcire per literas an placeat. Quod ſi fereris(ut ſpero)amicum tibi comparabis non ingratum.

AVICENNA in prima.4.can.trac.primo.cap.1. ꝙ tractat de diffinitione febris & eius generibus, dicit. Et ſi accendat febris accenſione prima in ſpiritibus& uaporibus,deīde accēdat ex eis in membris& hum.ſicut accidit ut ꝑuenit ad balneū ignis q accēdat in eo,& eius aerē calefacit,& ꝑuenit ad aq & pa

riete͂,tu͂c genus illud febris nominat̃ Ephimera, quoniam
eſt accenſio in re ſubtili,quę cum uelocitate reſoluit̃,
& raro ꝑtranſit die͂ cu͂ nocte ſua, niſi co͂uertatur ad
aliud genus febris.Ex qua litera patet clariſſime, fe-
brem Ephimeram raro ꝑtranſire die͂ naturale͂ , ꝙ e͂
ſpacium uiginti quatuor horaru͂. quę dicta eſt à Pi-
ſce(ut fertur)ſui nominis,q eadem die moritur,qua
naſcitur.Sic etiam à pari,iſta febris quę dicit̃ Ephi-
mera eodem accedit & recedit. Sane ut huius rei ue
ritas innoteſcat & uocis Ethimologia non ignore
tur,eſt ſcie͂dum, ꝙ talis piſciculus Ephimera dictus
nullibi reperit̃. Sed hęc febris dicta e͂ Ephimera,qa
Hypanis fluuius apud Cimeriu͂ Boſphoron ſub ſol
ſtitio defert,cu͂ inundat,folliculos quoſda͂ acinis uuę
paulo maiores , exquibus uolucres quadrupedes
erumpunt , ꝙ animalis genus uſq; ad meridianum
tempus uiuit & uolat,mox deſcende͂te ſole cu͂ primu͂
adueſperaſcit,emarceſcit & languet:ocide͂te ſole ſta-
tim emorit̃ . Vnde eius uita no͂ extenditur ultra die͂
unum. Quapropter Ephemerion gręce ide͂ eſt ꝙ la
tine Diariu͂,hæc habet Ariſtoteles in.5.de natura ani
maliu͂.cap.19.& in cap.5. primi libri circa fine͂ . Ex
poſitores huius textusomnes addunt, Notanter dici
raro,quia ſtat etiam ꝙ ipſa ſe extendat ad quartu͂ di
em excluſiue,ut dicitur infra in cap.5. huius primi
tractatus, ꝙ eſt de ſermone febris Ephimerę,ubi ha
betur. Et iſtę quidem febres ſecundu͂ plurimu͂ rece-
du͂t die uno,& raro ꝑtranſeu͂t die͂ tertium. Vt bene
notat Auerroes in ca͂ticis Auicennę com.93. Quo
nia͂ ſi ꝑtranſeunt illud ſpatiu͂ te͂poris,exiſtimant̃ eſſe
de illis , quę in aliud febris genus ꝑmutant̃ . Et pau
lo poſt ſubdit, ꝙ licet ſint de hominibus,qui dica͂t,
ꝙ ipſa qua͂doqꝫ remanet ſex diebus&integra co͂ſumi
tur conſumptione , ꝙ no͂ eſſet utiq; niſi ꝑmutaret̃

ad aliud genus febris. Et hęc quidē eſt facilis curatio nis & difficilis cognitionis, ſicut etiā dicit̄ de princi pio febris Ethicę. Siquis uellet bene examinare uer ba iſtius auctoris in hoc loco, repiret, utiq; nō unā ſed cētū cōtradictiones, qa primo dicit, ꝙ raro ptrā ſit diē cum nocte ſua, niſi conuertat̄ ad aliud genus febris. Quęrendū foret de illo genere febrili, uel tale eſt putridū, uel ethicū, non dat̄ medium ꝑ ſufficien tem diuiſionē, in ꝙcunq; eorū tranſit, nō erit ampli us Ephimera, ꝙ ipſe fatetur dicēs, Licet ſint de homi nibus q dicant, ꝙ ipſa quandoq; remanet ſic ſex die bus, & conſumit̄ integra cōſumptione, ꝙ nō eſſet niſi ꝑmutaretur ad aliud febris genus. male igit̄ po- nitur illa dictio raro. Pręterea ait talē febrē eſſe faci- lis curationis & difficilis cognitionis, ſicut Ethica. Bone deus, quo ingenio medicus poterit curare eā ſi non fuerit cognita. nā infra in. 2. trac. huius primę Fen. 4. in cap. 7. de intentione ad curationes uniuer ſales febris putredinis, dicit̄. Scias ꝙ nō eſt tibi poſ ſibile curare febrē, niſi prius eam cognoueris. q̄ ergo cognitionē habebit medicus de ęgritudine, q̄ nō ni ſi ꝑ diē durat, & ī eo die nō uocatur ad curā, & ſi uo catur p̄cipit ſubtiliari regimen q̄ primū, ad hoc ut ueniat in eius cognitionē, & ipſa ęgritudo ut puta fe bris prius euanuit, quàm à medico cognoſcat̄? Ideo ad hoc ꝓpoſitū Galenus noſter in. x. terapētices po nit hęc uerba aurea, quę etiā ponūtur a Raby Moſe ī. 10. particula, ubi agit de febribus. Si febris inqt, na turā ſecure haberemus, mādaremus febricitantibus ſe in aquā frigidā extra balneū balneare. Verū quia ignoramus eius naturam penitus, ideo prius digeſti ua exhibemus, & ſubtiliamus regimen, donec nos à natura edocti in morbi cognitionē deueniamus, Et in primo ad Glauconē cap. 2. & 2. criticorum cap. 7.

dixit, Quod medici falluntᷣ tã in curãdis ægritudini bus, q̃ in earum cognitione. Quare manifeſte patet tantũ medicinę principem, q̃tum noſtra ętas extol- lit, inutiliter tractaſſe de febribus Ephimeris, cũ nul lus medicus, niſi maxima imminẽte neceſſitate, & à magnatibus uel ꝓceribus tantum aduocetᷣ, immo hęc febris tam paucę eſt lęſionis, ꝙ interdum à cor- pore robuſto nõ ꝑcipitur. Amplius Iſaac in. 2. de fe bribus dicit Ephimeram non durare niſi per diem. Idem tenet Galenus in octauo terapentices libro. Vnde ergo ſomniauit princeps Auicenna eam dura re ſex dies? ꝙ autem talis febris non poſſit durare pluſquam ad uiginti quatuor horas, talem habet rationem, qm̃ eius calor eſt retentus, & occupatus à ſpiritu, à quo cito reſoluitur & euaporat. ſpiritus .n. ſæpe renouatur, ad omnẽ cibi ſumptionẽ fit nouus, ut in. 2. terapenticos libro, cap. primo ſcriptũ ẽ à Ga leno, Complures diſtingũt de Ephimera uera & nõ uera, quę ſane diſtinctio nulla eſt, cum ſatis conſtet ueram Ephimeram, de qua eſt ſermo in p̃ſentiarũ, nõ poſſe durarᷣ ultra diẽ naturalẽ. unde Ephimerina febris eſt ita unius diei, ſicut Amphimerina dicitur quottidiana, q̃ depẽdet à corruptis humoribus gene ratis à pituita. Illa autem febris, quę ſe extendit ad la titudinem ſextę diei, erit Ephimera nota dependẽs ab alia quacunq̃ materia putrida, ergo nõ eſt Ephi mera cuius datur diffinitio. Plura poſſem ad hunc lo cum cõtra principem adducere de iſta materia, quę operęprecium eſſet notare. Ne mireris igitur mi Si- meon, ꝙ fuerim ꝓlixior in hac cõtraditione explicã da, eo quia ſingula pene uerba ĩterp̃tationis egebãt, & doctores noſtri nullũ pene uerbum de ea fecerũt. Nos autem ſi in explicandis huius hominis temeri- tatibus uellemus, ut ęquum eſſet, totis uiribus eniti,

nullus ſane opuſculo noſtro terminus eſſet futurus, cũ tot mihi cõtradictiones in eo ſuggerãt, ut librum iam ad umbilicum me pduxiſſe pœniteat. Hoc unũ tamen ſilentio, ſicut pleraque fecimus, non inuoluã. Dicit iſte princeps in cap. 22. de febre Ephimera ex oppilatione, q febris hęc ĩter febres Ephimeras qñ que accidit & redit ,ppter oppilationem, quę eſt in cauſa quare ei fiant paroxismi. Et hęc quidem febris multotiens pmutatur ad frigus & horripilationẽ, ſignificat q ipſa eſt putrida. Cõmentatores cęci hunc locum non uiderunt: Ideo ſicco pede tam uaſtas & pfundas aquas tranſierunt more populi Iſraelitici ã Pharaone pſecuti, qm̃ ipſi concedunt Auicennam dare atq; attribuere paroxiſmos febri Ephimerę, & tãdẽ p frigus aduenĩens & horripilationẽ iudicant ipſam eſſe putridam. Vnde Gentilis de Fulgineo, & Iacobus de Partibus uiri alioquĩ ĩ noſtra arte excellentes, ineptias principis conſiderantes, in eum tandem ſtomachati, tanquam Iſageliam cõmittenes, reſpuerunt amplius de hac febre arguere. Quare data opera ſuos commentarios non ſine pudore & infamia hic finiuerũt. Teſtes ſũt omnes codices Auicenniſtę, cum p̃nominatis expoſitoribus hucuſq; impreſſi. Inquibus (ut poteſt uideri) deſunt undecimi cõmentaria nouiſſimorum capitum huius primi tractatus prioris Fen, quarti canonis de febribus. Et quoniam per longam parentheſim egreſſi ſumus ab eo quod intendimus, nunc ad aliqua accedamus.

AVICENNA ibidẽ ĩ cap. 34. q eſt ex nauſeatiua ſacietate & repl̃one. dicit q de materia ex qua fit eructuatio acetoſa nõ generat̃ febris, Cuius literę oppoſitum ſcribit infra in. 2. trac. huius. 4. Fen in cap. 47 q eſt de febre phlegmatica, ubi ſic habet̃. Et plurimũ quidẽ accidit febris phlegmatica, humidis & quietis,

ut ſenibus & infantibus, & patientibus nauſeatiuã ſatietatẽ, & exercitantibus & balenantibus ſe ſup repletionẽ, & habentibus eructationem acetoſam, & habentibus repletionem, & pacientibus deſcenſum humoris. quę litera, ut liq̄t, ex toto eſt ſupradictę ſententię contraria. Sed aptius oſtẽdit auctoris inſcitiam ꝙ ibidẽ ſequit: De materia uero eructuationis acetoſę, & in habentibus eã raro cõtingit, ut generetur febris, & ſi generetur erit debilis, quanq̄ nõ generat. Dic q̄ſo, quo modo põt eſſe debilis talis febris Ephimera generata ex nauſeatiua ſacietate & repletione, cũ talis iã tranſiuerit in febrẽ phlegmaticã, & ex conſequenti putridam ratione cibi in ſtomacho nõ decocti? Et ut ſui ipſius gladio hominẽ perimam, talis febris ab eo numerat inter chronicas, cum dicat ĩ principio cap. febris phlegmaticę paulo ante allegati. Et minor horarum ſui principii ſecundum plurimũ eſt ſpacium horarum. xviii. et eius eradicatio eſt, ut ĩ pluribus, intra ſexaginta quattuor dies. ꝙ quidẽ nõ põt eſſe niſi ex cruditate materię, q̄ non poteſt in tã pauco tempore concoqui à calore naturali debilitato ex calore febrili ſibi addito. Et poſt ſubdit, Et ſcias ꝙ febris Ephimera ex nauſeatiua ſatietate quãdoq; uenit cum periodis quattuor aut ſeptẽ, & cum hoc eſt febris Ephimera, uerum pulſus eſt ſanus. hoc eſt etiã ex Auicẽnę non paruis erroribus, cum dixerit ſupra in primo cap. huius primi libri & Fen, febrẽ huiuſmodi raro ptranſire diem ac noctem ſuam, niſi cõuertatur ad aliud genus febris. Et poſtea dicit in quinto cap. ꝙ iſtę febres ſecundum plurimũ recedunt in die uno, & raro ptranſeunt diem tertium. licet ſint de hominibus, qui dicãt ipſam q̄nque durare ſex dies & conſumi integra conſumptione. Nunc uero hic dicit iſtam febrẽ ex nauſeatiua ſatietate q̄nque uenire

cum periodis.4. aut.7. nec tamen deſinit eſſe febris Ephimera,& habere pulſum ſanum .At quia in ſuperioribus dictatis ſatis puto fuiſſe reſponſum ad hanc dubitationem , reſtat ſolum in pręſentiarum ſcire quid ſit habere pulſum ſanum in hac febre, maxime cum ei competat definitio febris data à principe in principio Fen iſtius.4.can. Febris eſt callor extraneus accenſus in corde , & ꝓcedens ab eo mediantibus ſpiritu & ſanguine ꝑ arterias,& uenas in totũ corpus, & inflammať in eo inflammatione quę nocet oꝑationibus naturalibus , non ſicut caliditas iræ & laboris,cum non ultimatur,& impedit oꝑationes ita ut retineatur . Sante igitur iſta definitione eſſet quęrendũ , quomodo in febre Ephimera poteſt eſſe pulſus ſanus, cum ſpiritus in corde inflammati petant corpus ꝑ arterias , q̄m ceſſante inflammatione accenſorum ſpirituum,ceſſet etiam febris Ephimera quę in eis fundatur, alias nõ impedirẽtur oꝑationes naturales corporis. quia ſi hoc eſſet,tunc talis febris nõ eſſet poſita cura , nec princeps tã magnoꝑe laboraſſet in hoc primo trac.Penſita mi Simeon hęc nr̃a dicteria , & ſi p̃ter te fuerit quiſq̃ tam andaculus,qui nos arguat dę peccato,uideat,oro, loca modo in teſtimonium adducta , & tandẽ ſi rationibus noſtris nolet acquieſcere,& cerebroſus durę́q; ceruicis eſſe ꝑſeuerauerit , cupietque ob id nos oppugnare, ei inq̃ campũ latiſſimum obtulimus in libro Auicennę,unde ſpero ꝙ ipſe etiã cum ſuo principe corruet.ueniat ad pugnã , conferat manus, parati ſumus(ut prima ep̃la diximus) quoad uixerimus certamen ſubire, & ea q̃ ſcribimus uera eſſe contẽdere, non ob aliã cauſam,niſi ut plane noſcat,nos ex noſtris lucubrationibus nõ quęſtũ cum iactura corporũ infirmorum, neque famã(ut alii faciunt)ſed ſalutem dũtaxat afferre ,

licet nõ hęc dictauerim; ut eum quoq̃ in paleſtram de laude & gloria certarem, cũ in uictoria nullũ ſit lucrum, in caſu uero cõtumelia & uimperiũ, p̃cipue in hac ætate qua ſenex ſũ et edẽtulus. At ſi noſtrę cõtradictiões nullos ſint ſectatores habiturę, nobis ſcribimus & Muſis, ut eſt in adagio. Siquis autẽ noſtri erit ſtomachi, illi ſane ſuſ cepimus ad ſcribendum, ut aliquid opeculę in medicina à nobis diſcat in futurum. Nunc edeo ad principem.

AVICENNA Ibidem in cap. 36. q̃ eſt de febre Ephimera ex apoſtemate, dicit ĩ calce capituli, Et neceſſaria ſunt ei extinguentia & infrigidantia & humectantia. Item emplaſtra infrigidata cum niue ſuper membrum infirmum apoſtematum ita, ut non noceant apoſtemati, neque faciant ipſum crudum, immo infrigidetur uia inter ipſum & cor infrigidatione infrigidante in profundum. Certe locus iſte indiget perſcrutatione non parua; & mihi uidetur princeps, ut in omnibus, imitatrire: quoniam infrigidantia repercutiunt, & in talibus maxime in principio non competunt, nec poteſt infrigidari uia inter cor & apoſtema, quin etiam refrigeretur apoſtema, & ſic redderetur crudum, quod eſſet magnum inconueniens.

CONTRADICTIONES SVPER SECVNDO TRACTATV quarti Canonis Auicennæ de febribus putridis, ab eodem Actio Philippo Pellinigero Elucubratæ.

AVicenna in primo cap. 2. trac. 4. Fen can. uniuerſalis de febribus putridis, dicit in principio, ꝙ humor qui generatᷣ ex piris eſt malus. Tamē in. 2. can. in cap. ꝓprio ponit auctoritate Ruffi, ꝙ humor ex eis generatus eſt laudabilior eo, qui generatᷣ ex pomis. Cum igitur uterque ſit malus, & medicus ſit artifex groſſus & ſenſitiuus, debuit princeps ſe ipſum declarare. uidelicet de quibus pomis ītelligit. Nam Appiana, ut cōmuniter dicitur uulgo, inter omnia pomorum genera obtinent principatum. cū talia cōcedantur febricitantibus, de quibus fit Syrupus de pomis, quo medici uti ſolent ī cardicis, & omnibus melancolicis diſpoſitionibus. Itē ꝙ dicat Auicenna ſuccū pirorum generare malum humorem, mirandum eſt, cum ipſemet in. 5. can. Trac. 6. 1 cap. de Syrupis ꝗ fructibus, ubi ponit duos Syrupos de fructibus confortare ſtomachum, & uiſcera, Item abſcindere fluxum uētris & uomitū, & purgare colerā. Item conferre ꝑgnantibus ꝗdo uomunt. Omitto ꝙ illic ſcribit etiam Syrupum de Pomis & de Piris, quod ſumme cōmmēdat, ꝙ nō eſſet ſi in eis utilitas maxima non ꝑciperetur. Verū quia iſte auctor (ut de Moſe ait Auerroes) multa dixit, nulla tamē ꝓbauit tanꝗ alienorū dictorum aggregator, ꝙ in charta ſemel exarauit, nō potuit amplius reui-

ſere. quę res ſi illi cõtigiſſet, nõ cecidiſſet(puto)in tã tũ chaos . ſeciſſet.n.ut refet Naſo nr̄ in fine ſextę Ele gię primi de triſtibus, Emẽdaturus ſi licuiſſet eram.

AVICENNA Ibidem in trac.2.eiuſdẽ primę Fen 4. can. in cap. 7. qđ eſt de intentione ad curationes uniuerſales febris putredinis dicit. Et ꝓhibe eum à ſommo in principiis febriũ, & proprie qñ eſt hor ripilatio, aut frigus, aut rigor, quoniam ꝓlongatur ſu ꝑ eũ frigus & rigor. Cuius literę oppoſitum habetur in.2.4.trac. primo cap.43. de ſignis, ex ꝑte ſomni et uigiliæ, ubi dicit. Et ſalubrior ſomnus diurnus eſt ꝙ eſt in principio eius, & hoc totum in ſtatu paroxiſ- morum febris eſt deterius. Petrus Apponus, qui di ctus eſt conciliator, homo ſane & in philoſophia & in medicina boni nominis, in differentia. 108. totis uiribus conatus eſt ſaluum facere principẽ in hoc lo co, & eius textum gloſat ſuo modo ut pleraq; alia, ue rũm quia eius gloſa deſtruit textum Auicẽnę, cũ nõ ſit ad ꝓpoſitum. ideo illũ ꝓ nunc dimittamus. Nam ſi in hunc etiam auctorem uellemus ſcribere, non ue rerer ꝓfecto à medicis noſtri temporis lapidibus in ſequi. Nicolaus florentinus in ſecundo ſermone, ubi agitur de febribus, trac. primo, & ſumma prima cap. 23. de regimine febricitantium ꝑ ſomnum & uigiliã, ꝑpendit hanc cõtradictionem, & ꝑ longũ ꝓceſſum examinat mentem Conciliatoris in differẽtia allega- ta. uide ẽt conciliatorem ad hoc ꝓpoſitum in drĩa. 126. in lib. meo. Nos autem(ut alias ſumus ꝑfati) le ctori ſtudioſo relinquimus. ſatis ſit loca indicaſſe.

AVICENNA in hoc.2.trac. primę Fen. 4. can. in cap. 8. de cibatione febricitantium, dicit, Et cũ ambi gua tibi fuerit diſpoſitio in ęgritudine, & nõ cogno- ueris eam, tunc melius erit ut declines ad ſubtiliatio nem, ꝙ ut declines in additionem, te obſeruante uir

tutem & tolerantiam. Hanc eandē ſententiam poſuit ſupra in principio cap. 7. prēallegati. ibi, Et ſcias ꝙ nō eſt tibi poſſibile curare febrē, niſi eā cognoueris, quā ſi ignoraueris, tunc ſubtilia regimen. Iſti canones nedum ſunt contrarii ſententię Galeni, ſed etiam repugnāt ex toto Hippocrati in quinto Aphoriſmo primę ꝑtis, dicenti. In tenuibus dietis peccant ęgrotātes. & ideo magis lędunt. Omne. n. peccatum quātumcunq; ſit magnum, fit magis in tenuibus dietis q̄ in groſſioribus. Ad hoc ꝓpoſitum dicit Auerroes in. 7. colliget contra Eraſiſtratem, ꝙ abſtinētia cibi facit diſſolutionem humorū, & ex hoc duplicat̄ error, quia extiguit̄ calor, ſicut extiguit̄ lāpas ex multitudine olei, qn̄ ſuꝑabūdat. unde ſequit̄ ad abſtinētiā cibi diſſolutio humorū nō regulator ū ā natura cuius pabulū eſt calor naturalis, quoniā eo fouetur.

AVICENNA Ibidem in cap. 7. ꝙ eſt de intentione ad curationes uniuerſales febris putredinis dicit, ꝙ huiuſmodi exꝑimentis, quę non ſunt ſecundū canones, non eſt credendū, qm̄ eis accidit nec unum ualere. Contrarium huius literę ponit in. 4. 4. trac. primo, cap. 9. in fine dicens, quod magis eſt ſtandum experimento, quàm rationi.

AVICENNA Ibidē in cap. 2. ꝙ ē de in quietudine habentium febres & aliorum, cōcedit embrocas, & parum āte in eodem cap. negat eas. Et licet Gentilis uiderit hanc contradictionem tamen nihil eſt illud quod dicit: cū uiolę ſint frigidę et hūide ſicut lac & alia olea. quare nō poſſum dicere ipſum niſi ebrium cum iſta ſcripſerit, & ſui immorem penitus.

AVICENNA Ibidem in cap. 12. de regimine rigoris & horripilationis cū ſuꝑfluūt, dicit. Et qn̄que ponitur cum eo parum opii, qm̄ facit dormire, & facit ſudare, & ꝓhibet uehementiā rigoris. Quis mē

te captus ſic ſcripſiſſet? cum opium cauſa frigidita tis ſaciat dormire oppilando poros cerebri, & ſomnus in principio paroxiſmi ſit interdictus in febribus, ut ſupra poſuit in cap. immediate p̄cedenti. Itē in. 2. huius ī cap. 49. de ſignis ex pte ſōni & uigiliæ.

AVICENNA Ibidē, trac. 4. cap. 16. q̄ eſt de diſpoſitionibus febriū cōpoſitarū, dicit. Et ꝓpter huiuſmodi nō oportet, ut tota occupatione occupet cum paroxiſmis, immo oportet ut occupet cum accidētibus. Hęc litera ex toto opponitur ſententię cap. 13. huius. 4. can. primę Fen trac. 4. q̄ capitulum eſt de febribus apoſtematum. ubi ſic habetur. Vnicuiq; n. humori eſt Periodus ſibi cōueniens. Idem poſuit ſupra prima huius trac. 2. cap. 36. de Tertiana abſolute, ubi ait, qui conſiderat tertianā ꝑ paroxiſmū errat in ea. Idem dicit paulo poſt in cap. 52. de ſignis febris Empialę dicens, Et ꝓpterea q̄ paroximus non redit omni die, nō remanet q̄ hęc febris nō ſit phlegmatica, ſed propterea eſt phlegmatica, qm̄ eius putredo dependet à materia phlegmatica, & hoc nō extrahit eam ab hoc, quin ſit phlegmatica, ſed ꝓptera q̄ putredo eſt putredo phlegmatis, nō ꝓpterea q̄ paroxiſmus nō redeat omni die. Ex quibus uerbis patet tantū principē eſſe tā fœde lapſum, & ſui ipſius immemorē. Quare mirādum eſt de noſtris medicis, qui nullo pacto ab eo poſſunt cōuelli, de p̄teritis autem nō dico, nec de ſenibus adhuc uiuis, qui callū difficilem obduxer̄. ut ne dū ego, qui auctoritate nō ualeo, nec ī iſta ſciētia fere quicq̄ ꝓmoui. Sed nec tu etiam Simeō Porti ī ōni doctrinarū gener̄ abſolutiſſimus, q̄ omnia ad manū & ī numerato (ut dicit̄) habes eorū radices ſuccider̄, uł eorū tā deflετę ęgritudini medelā poſſes adhibere: maxime cū dictum ſit Hippocrati cū, Cōclamatis ac deſꝑatis manus nō eē admouēdas

CONTRADICTIONES SVPER SECVNDA FEN quarti Canonis Auicennę.

AVicenna ſuper.2. 4.trac. primo cap.59. de iudiciis & ſignificatio nibus icteritię, quę eſt paſſio pro cedens ex diffuſione colerę ſiue fellis, colorē inducēs ſimilē cuidā animali, q̃ icteris grece dicitur, à quo apud illos nomen ſumpſit. iſte morbus à non nullis arcua tus appellatur, ad ſimilitudinē arcus cœleſtis qui Iris dictus eſt. Sed Varro in libro de lingua latina Auri ginoſum nominat à colore, quo infirmos inficit. Dico igit̃ q̃ Auicenna in principio dicti cap. ſcri bit Ictericiā ante ſeptimum, & ante digeſtionē eſſe malum ſignum, niſi ei ſuccurrat fluxus uentris. Hęc litera opponitur ſententię ab Hippocrate ſcriptę i. 4 regim. acutorū tex. com. 85. ubi habetur. In febre cole rica ictericus ante. 7. cū rigore ſuper innatus ſoluit febrē, ſi uero ſuper innaſcatur ſine rigore & extra tē pora ꝑniciosum. Quamuis eadē ſenteita ſit Hippo. in aphoriſmo.63.4. particula, ubi habetur, Quibuſ cunq; in febribus icteritia ſuperuenerit ante diem ſeptimum, eſt malum.

AVICENNA in.2. 4. trac. primo cap. 71. de ſi gnis ſumptis ex parte ſudoris dicit, q̃ ſudor multus ſignificat longitudinem ægritudinis ꝓpter multitu dinē materię, & non cōpetit habenti eū phlobotho mia, nec uētris ſolutio ꝓpter debilitatem ſuam im mo tantū clyſteria leuia, Cuius oppoſitum infertur. I. 4. primi cap. 20. de phlobothomia, ubi ait. Et ſcias

quod qui multum ſudat cauſa repletionis, eſt phlobothomia indigens. Reſpondeant queſo ad hoc Neoctetici Auicenniſte, & qui principe tanto gloriantur.

AVICENNA Ibidem in cap. 98. ubi tractatur de ſpetiebus mortis, que occidit in hora febris, & ſignis qualitatis mortis infirmi dicit. Verum plurimũ mortis in egritudinibus mortalibus fit ex modo aliquo in hora, in qua fit Criſis bona in egritudinibus ſaluis, ſicut ſi eſt egritudo in paribus, fit etiam mors in paribus, & ſi fuerit in imparibus, erit & mors in imparibus. Huius litere contrarium ponitur paulo poſt ibidem in. 2. 4. trac. 2. cap. 10. de cognitione dierum Criſis cum dubitatur. ubi dicitur, Et mors cum ſexto cõueniẽtior eſt, q̃ ſit cum ſeptimo. Et cum decimo magis eſt conueniens, quàm cum nono. Quaſi uelit dicere, ꝙ mors in egritudinibus pernicioſis ut plurimum accidit in die & hora, quibus ſolent creticare egritudines ſalue. Sed certum eſt, ꝙ huiuſmodi egritudines nõ creticãt ĩ. 6. nec ĩ decimo, ergo & cet.

AVICENNA in. 2. 4. in fine cap. primo, ꝙ eſt de principio egritudinis & prima cõputatione Criſis, dicit. Et ſi peperit mulier, deinde accidat ei febris, tunc ſi non computet̃ ex febre, & non niſi ex partu, iſtud eſt error, de hoc dixit quidam, ꝙ plurimum accidit poſt. 2. & 3. in quibus uerbis auctor uidetur innuere, ꝙ debemus facere computum ab hora partus, quàndo uolumus habere cognitionem de perfecta & uentura Criſi in parturientibus. Cuius oppoſitum legitur apud Galenũ in. 3. prognoſticorum tex. com. 12. ibi, Secũdũ hãc quoq; rationẽ & in pariẽtibus & in non parientibus cautus eris. Verba Galeni ſuper hanc literam ſunt iſta. Oportet autem ut ſit computatio dierum in hac egritudine à primo die in quo mulier peperit, nõ autem à die in quo eam iuaſit febris

ſit febris

Nec propterea imus inficias ipſum(ut ſępe diximus) ſuiſſe egregium literatorem, ac multa poſuiſſe in hoc libro, quē de medicina edidit,quę Plagiarius ab aliis acceperit , ac per hoc ei non ſatis comprobata & experta.quo fit, ut in rerum à ſe ſcriptarum ſępe ueniat in contradictionem , quę res hunc noſtrum libellum legenti erit in aperto. Auicenna ſemel ab Auerroe reprehenſus, ꝙ fur eſſet ac nebulo cum more Fidētino aliena recitet pro ſuis,nunq̄ os aperuit , ſed confuſus abiit . Et cum coactus eſſet ab amicis ut eius librum Canticorum exponeret,in fine operis teſtatus eſt commentum eſſe bonum, & textum falſum. uerùm nō fuit ita cęcus Auicenna; quin errata ſua uiderit . Siquidem in prima.4.trac.primo cap.primo non ſine maximo propudio in hęc uerba prorupit. Verùm occupatio in huiuſmodi contradictionibus eſt illud quod non confert in ſcientia medicinę aliquid,& facit medicum procedere ex arte ſua ad inquiſitiones,quę fortaſſe impediunt ipſum ab arte ſua. Ex quibus uerbis late conſtat principem uaticinatum eſſe me fore uentruin,qui ſcripturus erā eius cōtradictiōes,& errores in medicina recitatos, ut facimus in pręſentia. Exemplo. L. Iunii Moderati Columellę, qui in hortis ſuis gloriatur Maronem ſibi prouintiā & negotium dehortorū cultu reliquiſſe,ſub his uerbis, Cū caneret lętas ſegetes et munera Bacchi,Et te magna Pales,nec nō cœleſtia mella, Virgilius nobis poſt ſe memoranda reliqt.Putauit Auicenna princeps mihi terrorē incutere,ne contra ſe ad ſcribendum os aperirē,ſed nos in materno uentre timorē dimiſimus , illius uulgatę philoſophorū ꝓpoſitionis edocti,amicus Socrates, amicus Plato,amicior tamen ueritas, quam ſemꝑ pręſtare in honorem eſt ſapientiſſimum.Nō.n. (ut alias ſumus pręfati) oculos habemus in ficteri ut Pauus .

qui interſtudēdū nō uiderimus huius inſulſi ac fatui hominis lichenes & uitiligimes. Verū q̄a ſatis ſupq̄ digreſſi ſumus, ad inſtitutū noſtrū reuertamur.

AVICENNA Ibidem trac. 2. cap. 11. in principio. ubi tractat de aſſaturis & carne corrupta dicit. Oportet cū aſſatur caro (quęcunq; caro ſit) ut nō cooperiatur ſubmergēdo, immo dimittatur diſcooperta donec euaporet, quoniam cum ſubmergōdo cooperitur, efficitur uenenum. Et infra in. 7. 4. trac. primo. cap. 16. de eis quę caniciem tardant, dicit oppoſitum, inquiens. Et ex genere eorum, ex quibus generatur ſanguis laudabilis ſpiſſus, ſunt frixa, & ea quę coop̄ta coquuntur ſine aqua, & aſſata abſq; iure. Vide mi Simeon, ſi caro, quę coquitur cooperta generat bonum ſanguinem & laudabilem, conuertitur in uenenum.

AVICENNA in. 7. 4. trac. 2. de diſpoſitionibus cutis ex parte cutis ī cap. primo habet, ꝙ color cutis conuertitur ad citrinitatem ex cauſis citrinantibus, quę ſunt ęgrituines, & triſtitię, & defectus nutrimenti, & multitudo coitus, & fames, & calor aeris uehemens, & potus aquarum ſtantium. Et ex comeſtis eſt Ameos & eius olfatus. in quibus uerbis apparet ꝙ uſus Ameos colorat & citrinat faciem. Huius literę oppoſitum ponitur ſupra in. 13. 3. trac. primo cap. 19. de ſignis male complexionis frigidę ſtomachi, ubi ait, Et ſuper colorem habentis ſtomachum frigidum apparet citrinitas & albedo, & non occultantur experienti. & eſt ille ex melioribus curis cuius eſt Ameos: Ecce quomodo hic probat & laudat, quod ibi diſfamauit ad colorandam faciem citrinam.

AVICENNA in. 5. libro ſui can. qui Antidotariū inſcribitur. i. de medicamentis contra uenena exhibitis. Ibi habet in cap. 2. ꝙ eſt de neceſſitate medicinarum cōpoſitarum. Quod medicina ſimplex magis

uiebant Drechio gallorum duce Parthenopen occupante, hoc Epitaphium conſcripſimus anno. M.D. XXVIII. tempore quo Sipus plena militibus Cęſareis peſte laborabat. Qui cum rabiem ſuam in hoſtes Barolitanos nō poſſent diffundere, ciuitatem Sipontinam depopulati ſunt omnia peſſundantes. In tātę igiť calamitatis memoria hęc paucula uolui hoc ĩ loco annotare. Lege precor Eulogium. Infans loqtur.

Ne patrię aſpicerem caſus, gentemq; nefandam,
Quę ruit imperio Cęſaris omne ſolum,
Ne ue domus, patriſq; luem, patruorum, & auorum,
Non uolui duris naſci ego temporibus:
Sed gremio matris miſerę ſine fine dolentis
Mortuus exiui, nec fuit illa ſuper.
Nam dum Lucinę auxilium, mediciq; mariti
Inuocat, effera mors bina trophea tulit.
Hic cum matre mea iaceo ſine nomine corpus,
Debuit (heu) pietas uincere tanta deos.

Ne mireris oro lector, ſi in meę Catę partus inſcriptione prolixior fuerim, q̃ ęquum erat. Parergon iſtud (ut dicunt gręci) libello huic adieci data opera, ut omnes intelligant, me uxorem etiam mortuam deperire. Quod feci pariter in opuſculo ruinę Sipontinę materna lingua compoſito, quod propediem ſum editurus, ubi Catam deſcribo tam pientiſſime, ut ſit fama nullum coniugem fleuiſſe uxorem, ęque melius atq; ego. Et ſi lapides cedunt chartis æternitate, cuperem ut Cata mea mecum uiuat in ęternum. Nunc ero cum Auicenna Principe.

AVICENNA in. 2. trac. 2. Fen, quarti can. qui eſt de diebus Criſis & horis eius in cap. 2. q̄ eſt de cauſa dierum Criſis & Periodorum eius, dicit. Et ſunt quidam exiſtimantes poſt quadraginta dies non fieri Criſim cum euacuatione forti, ſed res nō eſt ita. Cu-

ius ſententiæ contrarium legitur in cap. nouiſſimo huius tractus, ꝙ eſt de declaratione proportionis dierū Criſis ad plures ęgritudines, ubi ſic reperitur ſcriptum in principio cap. Iam ſciuiſti, ꝙ oportet ut Criſis ęgritudinum ualde acutarum ſit ad ſeptimum, & oportet ut illarum Criſes, quę ſequuntur eas in acuitate ſint ad. 14. &. xx. & quę has ſequūtur, ad quadrageſimū. Deinde poſt faciunt Criſim ęgritudines chronicę abſolute. hoc eſt quod poſt quadrageſimum diē non computantur dies Cretici, nec tranſacto illo tēpore ſunt amplius ęgritudines acutę, imo chronicę.

AVICENNA in. 3. 4. in cap. de Althoin ꝙ Antrax eſt latinis, errat ſicut in aliis pleriſque locis, dicens ꝙ caro, quę eſt in ſubaſcelis & inguinibus & his ſimilibus partibus & membris non habet ſenſum. Quod uidetur falſum & erroneum. uidemus. n. quod in iſtis locis accidit dolor uehementisſimus, quę res non eſſet utique, ſi non ſentirent,

AVICENNA in. 6. 4. trac. primo cap. 2. in calce. male allegat Galenum, ut complura alia, dicens, fuit quędam anus ſuſcipiens in principio rei de Napello rem paucam, deinde non ceſſauit uti eo, donec aſſuefacta eſt eo natura, unde audacter poſtea eſt eo uſa, & nihil ei nocuit. Sed Galenus in. 3. de ſimplici medicina, à quo hanc literam mutuatus eſt princeps, non dicit quicq̄ de Napello, immo loquitur de Hioſquiamo accidiſſe illi uetulę hoc miraculum. Qua de re in propatulo eſt Abolai Abin ſceni principem nō bene ſtudiuſſe operibus Galeni, pceptoris & ducis ſui, cū more malorū Pharmacopolarum unum ponat pro alio. Eſt ergo maximū delirum medicorum noſtrę tempeſtatis, iſtius male docti hominis, uani inſuper & mendaciſſimi technis & Sycophantiis credere, & nō aperire ſuos oculos ad ea, quę in pręſentia nos exaramus.

2.cap.ultimo,Et in.3.4.trac.3. in cap. de modo adu-ſtionis Alſelud. Et in 14.3.trac.4. de cura Aſchlitis. Et in.15.3.trac.2.cap.de cura Splenis.Et in prima.3. trac.4.cap.11. in qbus locis princeps, nõ ſolũ procedit more mulierũ & empiricorũ,ſed ut faciunt ſacrilegi,Sicophantę,& pręſtigiatores.Iam iam tempus ad eſt ſpumantia ſoluerę frena & recepui canere,Satis ſuperq; luſimus cum Auicenna. Qua propter obſecro te mi Simeon porti,ne me plus maledicũ appelles, quàm beneficum. Non.n. ut principi officerem,iſta,qualiacunque ſunt, ſcripſimus, ſed ut medicis amicis proficerem.Et ſi in eum uelis & remis uſi ſumus, in cauſa illud fuit,quoniam auctor iſte apud doctiſſimum quenque eſt maxima reuerentia.aut igitur pugna cum eo non erat tentanda,aut cõuellendus erat,ut fecimus.Scis.n.multo eſſe turpius frigide laudari quàm acerbius uituperari. Quod ſi effecerimus, lętabimur utique nauim noſtram ad optatum portum perueniſſe;Sin autem,dicam illud Propertianum,Quod ſi deficiãt uires,audacia certe Laus erit, in magnis & uoluiſſe ſat eſt. Tam breuis eſt huius uitę noſtrę incolatus,ut quia homo non poteſt hic diu permanere,quęrit quoquo modo longum poſſe uiuere.Quod aduertens ille Heroſtratus, de quo.A.Gellius, Valerius maximus, Solinus in Polyhiſtore, & cęteri omnes non pauca perſcribunt, Dianę Ephęſię incendit templum, quod opus pulchritudine & magnificentia inter ſeptem mundi ſpectacula annumerabatur, idq; effecit non alia de cauſa, niſi ut conſumpto atque deſtructo opere pulcherimo nomen ſuum tanquàm celebre per totum orbem diffunderetur.Et licet Epheſii publico decreto ſanxerint,ut Heroſtratus illaudatus eſſet & innominatus, in uanum laborauerunt,ſiquidem in hodiernum nominatur, in

hodiernum eſt famigeratus . ò felicem hominem qui aſſecutus ē quod maxime diſcupiuit. Titus Liuius ēt dixit de Manlio Capitolino, quod malebat eſſe magnę q̃ bonę famę. Hoc idem de Heroſtrato eſt ſentiēdum, qui nefanda patrando curauit ęternitatem. Nos iſtis exemplis manum tollimus de tabula. Lege concil. diſ. 76. male ſentientem de Auicenna.

PERORATIO·

CAeterum non me latet, non mihi tantũ arrogo, non ſum adeo rudis & neſcius , ut non uideam multos fore(ut prędiximus) qui inuidia ducti uelint contra dictionibus nostris in principem Aboali Abinſceni reſpondere: currentes(ut auctorem ſaluum reddant & ſine labe) ad fugã Bazanorũ aliud pro alio oſtēdētes, imitantes Sepias & Loligines, qui pręſidii saluti ſque gratia ubi ſe cõprehenſos ſentiunt, effuſo atramēto infuſcata aqua abſconduntur. ſunt homines profecto uirtutum amuſi & oſores literarum, non facientes id tantum ut Auicennam defendãt, quantum ut me offendant. Sed elephas indus non curat culicem. Gloſent itaque librum ad libitum unum pro alio capientes. Certe meas cõtradictiones non ſoluent. Q̃d ſi eorum reſponſiones & gloſſemata dictis noſtris ſatisfacient, tuum ſit mi Simeon iudicium, & aliorum qui ac tu es, ſunt æque docti. Verũ id unũ ſilentio ut alias dixiſſe recolo, non pręteribo. Si quis erit tam audaculus , qui uoluerit me in his contradictionibus reprehēdere, uideat Auicēnã, uideat loca citata ĩ capitibus, ſuã cõſcienſciã examinet, et tunc nr̃o libello ſi poterit detrahat. Supeſt mõ ut ibidē me cõmēdē. rogo te igiť, ut qbuscunq; ratiõibus poteris mihi teras ſuppetias, uolo ut poſt hac meus ſis adiutor & defenſor.

VALE.

bus,qbus à principio fuerũt dotata expoliari. nã licet aq̃ ſit frigida et humida et altereť ad caliditatẽ,hac remota ſemper redit ad ſuam propiam naturã. Illud autem quod ſcribit hic,qui medendi κατεζωχὴν princeps ut uulgo dicitur,appellatur,in prima Fen primi can.in cap.primo doctrinę.3.de cõplexionibus,uidelicet ꝙ cõplexio reſultat ex actione & paſſione qualitatum primarum in elementis inuentarum, quarum partes ad tantã paruitatẽ redactę ſunt,ut cuiuſq; earũ plurimum contingat plurimũ alterius.i. ꝙ minimũ unius cõtingat minimũ alterius. eſt dictum Rhetoricum, ꝙ non ex omni latere quadrat, propterea quia medicus eſt artifex groſſus & ſenſitiuus, & non ſe intromittẽs eis rebus,quę non cadunt ſub ſenſu,nam facile eſt uerbis philoſophari.Et Auicenna,ſicut & alii medici,ad ſuum libitum ponit gradus & manſiones in entibus,ut appareat Ignorantibus doctior. ſiquidem uirtutes herbarũ atque ſimpliciũ infinitę ſunt, & ex toto non ſunt nobis ita cognitę,ſicut erant olim illis primis noſtris parentibus,ſimplicibus duntaxat in medendi arte utentibus. Vnde per pharmaca illa compoſita ut pote catapotia .i. pillulę. Etlegmata.i. loth & unguenta,& his ſimilia,quę cadunt in arte noſtra eſt impoſſibile aliquid certi medicum poſſe ſtatuere,niſi ſola ęſtimatione, opinione, atq; coniectura, talia .n. ut dictum eſt centies, compoſita ex multis ſpetiebus diſparibus, pugnãtibus ad inuicem,& quę ſingula uidentur,poſſe cõferre & prodeſſe.ea ſola infelix medicus ordinat ad ſui ęgri male ualentis ſalutẽ, quę ſors uel caſus potius rerũ pyxidibus apud unguẽtariã officinam literis maiuſculis inſcriptarum ſibi offert,Quo fit pharmacum illud,non tam ob ſimplicium ingredientium potentiam,quàm ab ipſius medici fauſta uel infauſta affectione ſortitur effectum.

Quatenus ille occulto quodam influxu , uel talis ſit naturalis,uel cœleſtis,uel fortuitus , plus ad hoc quã ad aliud compoſitum pharmacum eligendum inducitur. Et hoc eſt illud quod communiter dicitur. Deorum manus,& Deus tibi conſulat. Item unum medicum eſſe alio fortunatiorem , & indoctum multo feditiorem docto. Cęterum quia talis ſermo eſt contra nos, qui medicinam profitemur, reliqua in pręſentiarum, quę dicturi eramus,miſſa faciamus. Satis ſuperque ſit,quod in arte experti me intelligant.

AVICENNA In libello de uiribus cordis in cap. de Mace,nullã de ea fecit mẽtionẽ, quia ꝑmittit ſe dicturũ de Mace in cap. de ſpica in litera S. quod capitulum non ponit,quę res arguit ipſum principẽ de doctrina quam ſcribit ualde ſuſpectum. Sed ut ſemel finiam , infinitum eſſet huius hominis errata exarare,qui ut ait Typlys Leonicenus Parentinus in centum uerbis dicit mendatia mille : quę omia tãq̃ puerilia omiſimus , ut in.2.can.in cap. de Ebano,ubi dicit caliditatem caliditati eſſe cõtrariam: cum dicat philoſophus ſimile ſimili additum furorem generare, ut in.9.3.trac. primo cap.11.ubi in bonitate cõparat extremitates caprarum carnibus gallinarũ , & perdicum.ut in.22.3.trac.2.cap.18.ubi dicit Syrupum roſatum eſſe calidę complexionis.ut in.5.can. trac.primo, ubi dicit de confectione dicta donum dei , quę non debet dari niſi in die ueneris . Et in. 12. 3. trac. primo cap. 4. ubi ponit in emplaſtro folia Alchechẽgi & Solatri quę ſunt idem. Et ibidem trac. primo in calce cap. nouiſſimi, ubi laudat experimentum muliebre , & ibi more uetularum iuxta ignem ſedentium cum digitis dies enuemerat . Idem facit in. 2. can. in cap. de Teſeſiſis, & Ibidem in cap. de Abſinthio. Et adhuc in cap. de Gelouz, Et in prima.3.trac.

ſit febris ; ꝙ eſt quia plures earum iuuadit febris die 2.uel.3.poſt partū, & ab iſtis diebus numerant medici plurimum, & expectant Criſim: & illud quidē non eſt rectum, ſed poſtquam numerant ab ipſo die partus mulieris. Quare ſatis liquet Auicennā contradicere ſuo Galeno, cuius toties faſſus eſt ſe eſſe interpretem. Iſtud idem ſentit Auerroes contra principem in hoc loco, nam 1.4.colliget cap.40.de diebus creticis ſic habet. Et debes ſcire ꝙ iſtę Criſes à principio ęgritudinis cōputantur, & eſt quando manifeſte appa ret lęſio in operationibus.excepto in pariente, in quo caſu ab ibſo partu debemus incipere, quamuis ęgritudo poſt partum ſenſibiliter per triginta dies extitiſſet. Et breuiter omnes iſtę regulę dicta Hippocratica inſequuntur. hoc eſt dicere, quod iſta fuit uera mens eius, quem nullus alius in mūdo intellexit prędterquā Galenus, qui ut de Ariſtotele ſcribit Auerroes et Hieronimus, fuit grande miraculum & prodigiū in tota natura, cui pene uidetur infuſum quicquid naturaliter poteſt capere humanū ingenium, & cum in omni diſciplinarum genere uir extra omnem aleam doctiſſimus habeatur, ac nulli comparandus, diuina quadā prudentia alendis & inſtituendis hominibus ad medicinam maxime magis uidetur accommodatus, ꝗ̄ quiſq̄ alius, qui de ipſa hactenus ſcripſerit. Cęterum quia in ſermone de partu incidimus, dicamus obiter cū Aulo Gelio lib.3.cap.16.paritionē mulieris ſecundū naturā fieri in nono aut decimo menſe. Ea ꝓpter Parcis īpoſita eſſe nomina, parca nona et decima, à pariēdo in nono aut decimo menſe. Iccirco ait Plautus in Ciſtellaria, decimo menſe exacto hęc peperit filiā. Et decemuiri in legibus duodecim tabularum ſcripſerunt hominem gigni in decimo menſe. Inuentę ſunt etiā mulieres, quę in undecimo & quartodecimo mē

ſe pepereunt. Quare cõſtat nullum certum pariendi tempus extare. Quod Plinius aperit in. 7. ſuę natura lis hiſtorię libro, ubi de huiuſcemodi materia ꝑtrac tat. Et ſi non inficias eo Cenſorinum in libello de na tali die ad aſpectus ſyderales hęc omnia referre. De partu dicam & ego quę uidi. Diu multumq́; fui anxius & curioſus ſuper dictis auctorum ſupra nominatis, nec ulla conditione poteram illis fidem adhibe re, donec in uxorem meam caſus iſte acciderit. Eram Siponti medicus honeſto ſatis ſtipendio conductus. Ibiq́;, quoniam eius loci amœnitate delectabar, decre ueram id totum uitę tempus, ꝙ mihi ſupererat conſumere. Quamobrem Caſſandram Zamarinam uxo rem pientiſſimam, & Octauium filium unicum quē habebam, cum omni ſupellectile à Troia; unde ſum oriũdus, in Sipontum tranſportaui. uix annũ in ciui tate ꝑegram, & ecce moritur Octauius. paucis poſt annis item & Caſſandra. Itaq; utriſque orbatus, lachrymis & dolentia obrutus, animum in cœlibatu uiuere deſponderam. ſed aliter profecto quàm putarã uenit res. Siquidem ab amicis quottidie cruciatus, ut iterum uxorem ducerem, ꝙ in uiridi adhuc ſene cta ſolus ita degerē extra patriam, & ꝙ magis eſt, in manibus famulorum, qui dominorũ ſunt familiares inimici. q̇d multa? boni amici his & aliis artibus, ne dicam laqueis, in me uſi, nunquam ceſſauerũt, donec mens mea ab illo ſanctiſſimo ꝓpoſito deducta fuit. Eorum ergo potius faſtidio ac moleſtia, q̄ appetitu rei uxoriæ expugnatus, illis totum me dedidi, condi tionem accepi. Quaꝓpter uenit in manus meas Ca ta de Auantagio puella ſane forma, moribus, & uirgi neo pudore ornatiſſima, quę ſtatim grauida, menſes undecim portauit uterum, & tandē cum fœtu obiit in puerperio. In cuius monumento, qm̃ tunc bella ſę

laudatur in remotione ęgritudinis q̃ compoſita. Cu
ius cõtrarium poſuit ſupra in. 9. 3. cap. 11. de cura de-
collationum & pręfocationum, ubi tenet compoſita
eſſe pręſtantiora ſimplicibus, dicens. Et ex rebus qdē
quas extrahit experimentum eſt, ꝙ ſtiptica permix-
ta cõpoſita magis ſunt iuuatiua, quàm ſingularia ſim
plicia: Ecce quomodo iſte arrogans, qui audacia &
ignorantia nunquàm deficit, & temeritate nunquàm
decreſcit, exprobat penitus ĩ fine, ꝙ in principio tan
topere laudauit. Quod totum (ut diximus) procedit
ex parua cognitione ſimplicium in. 2. ſui canonis de
ſcriptorum, in quibus omnis medicinę uis & poten
tia conſiſtit. Inde ait Plutarchus execrando illa phar
macha, quę plurimis ex rebus, & ex longinquis par
tibus petita conficiuntur, quibus hodie cum medici
tum pharmacopolę impoſturã uulgo faciunt τῶν σύμ
ποσιακῶν ubi citat Eraſiſtratum huiuſmodi medico
rum mixturas improbãtem Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλα ὅτ᾽ αγ᾽
μιγνυοῦντεσ τὰσ βασιλικὰσ καὶ ἀλεξιφαρμάκουσ ἐκείνασ.
ἃσ θεῶν χεῖρασ ὠνόμαζεν ἐρασίστρατος δὲ ἐλέγχει τῶν ἀτο
πίαν καί περιεργίαν ὁμοῦ μεταλλικά καὶ βατανικὰ καί θηρι
ακὰ καί τὰ ἀπὸ γῆσ καὶ θαλατάσ εἰσ τό αὐτὸ συγκεκραν
ῦν. τασ καλὺν γὰρ ταῦτα ἐασαντεσ οὐ πτισανι καί
ὑδρεμελιτροῦ τὸν ἰατρικῶν ἀπολιπεῖν. ἀλλὰ νῦν διὰ τό ποι
κίλον διαγεῖ. καὶ γοητεύει τὸν ὄρεξιν, quod ſonat lati-
ne, Qui multo magis cum regales illas & efficaces
uariorũ remediorũ mixturas cõficiũt, quas deorũ ma
nus appellarunt, Eraſiſtratus autẽ Ariſtotelis nepos
coarguit abſurditatẽ & curioſitatẽ eorũ, qui ſimul &
metallica & herbaria, & ferina, quęque terra gignit,
quęq; mare, in unum comiſcuerunt, At bene haberet,
ſi his omiſſis in Ptiſana, & cucurbita, et Hydromelle
medendi artem finiſſent: uerùm per Iouem ipſa rerũ
uarietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Hacte

nus Plutarchus in quarta decade. Multi fuere medici & philoſophi pariter, qui non niſi uirtute ſimplicium claruerunt. vnde herbarum complexionem atq; natu ram ad plenum perſcrutati naturę uim intulerunt, ut recitat Plinius in cap. 2. libri uigeſimi quinti ſuę natu ralis hiſtorię, qui herbarum notitiam ſibi refert conti giſſe, & illas eſſe contemplatum ſcientia Antonii Ca ſtoris, cui ſumma doctrina & auctoritas euo ſuo erat in ea arte, uiſendo hortulo eius, in quo plurimas alebat. Centeſimũ ętatis annum excedens, nullũ cor poris malum expertus: ac ne ętate quidem memoria aut uirgore concuſſus. ſemper itaque herbarum natu ra fuit in precio, ut hoc in loco iterũ ſupra allegatum auctorem adducam: qui in pręfatione libri uigeſimi quarti, inquit, Hinc nata medicina, hęc ſola naturę placuerat eſſe remedia parata uulgo, inuentu facilia, ac ſine impendio, ex quibus uiuimus. Poſtea fraudes hominum & ingeniorum capturę officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuiq; homini uenalis promittitur uita; ſtatim compoſitiones & mixturę inexplica biles decantantur, Arabia atq; India in remedio ẽe ęſtimatur. Hulceriq; paruo medicina à rubro mari imploratur, cũ remedia uera quottidie pauperrimus quiſq; cænet. Nam ſi ex horto, aut petatur herba, uel frutex queratũ, nulla artium uilior fieret. Exempla quę mihi ultro ſubueniunt, non ſinunt (ita me dii ament) ut librum ad calcem ducã, niſi prius iſta paucula di cam de ſimplicibus. Telephus ad Troiam uulnera tus ab Achille, ab eodem ſanatus eſt uirtute herbaria cuius cognitionẽ à Centauro Chirone didicerat. Te ſtes ſunt Ouidius in de remedio amoris libello, dicẽs Vulnus Achilleo quod quõdam fecerat hoſti, Vulne ris auxilium Pellias herba tulit. ut obiter emendetur locus ille Naſonis, in quo haſta reponitur, ſiquidem

Achillea herba dicitur ad hoc malũ inuenta: Quãq̃ non deſunt aſſeuerãtes Telephum ab Achille eadem haſta ictum eſſe ſanatum, quoniã ferri uſus ſit rubigine, cuius uis eſt ligare, ſiccare & reſtringere, ut docet Plinius in libro. 34. Sed Claudianus ſcribit Telephũ uirtute herbaria ab Achille ſanatum, quando cecinit, Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat uires, & ſenſit in uno Lethalem placidamque manũ, medicina per hoſtẽ Contigit, & pepulit quos fecerat ipſe dolores. Pythagoras Caliſthenẽ fabarum farina à nodoſa podagra ſanauit. Chryſippus philoſophus Sophoclem poetã ſucco Braſſicę quartana febre liberauit. Diarches medicus Rapo ſiluestri (qui panis porcinus uulgo creditur) apoplexiam etiam fortem curauit. Item Epilepſiam & omneis fere ęgritudines quas medici hodie incurabiles dicunt. Poſſem hic pleroſque alios auctores, quorum ốgũ eſſet nomina recẽſere in mediũ afferre, ſed eos more canis curſim apud Nilum bibentis prętereo. Sed de Apollonio Tyaneo nequeo tacere, qui cum Moly herbarũ laudatiſſima (ut Homerus ait) & Plinius ubi ſupra in principio cap. 4. Is. n. mortuã uiduę filiam matri uiuam reſtituit, ut in libro. 4. de eius uita recitat Philoſtratus: Vbi etiam refert Apollonium ſermonẽ auiũ eſſe interpretatum: nam olim ſuſpiciens paſſeres in arbore conſidentes dixit ueniſſe aliunde paſſerculum uoce ac gannitu obſtrepentem, & ſtatim cum dicto cũctos illum ſecutos euolaſſe. Quare Apollonius intellecta, uerſus ad ſocios, qui forte erant ſecum, retulit qualiter paſſer ille nominauit ſe inueniſſe frumentũ ad pontẽ haud longe diſſeminatum, ꝙ empto ſacculo Agaſo quidam ad molendinum afferebat. Quam obrem his uerbis moti qui aderant, ſpectatũ iuuere, & ita iuenerũt, uti dixerat Apollonius. Licet Plato-

nicus ille Porphyrius in libro. 3. de ſacrificiis dicat auem illam Hirundinem fuiſſe, & non paſſerem: nil refert, ſatis eſt Apollonium herbaria potentia colloquium auium intellexiſſe. Memini me legere apud Democritum, reperiri quaſdam aues, quarũ ſanguine confuſo ſerpentem gigni, quem quiſquis ederit, percipiet auium omnium ſermonem. Refert Pli. ſi cor Bubonis ſiniſter mãmę mulieris dormientis imponatur, efficere ut illa omnia ſecreta ꝓmat. & eos qui in pugna illud ferunt fortiores effici. Sunt nõnulli tenentes hunc Apollonium fuiſſe magum, & iſta miracula non uiribus holerum, ſed carmine magico confeciſſe. uerũm hi neſciunt magum denominari ſapientẽ. Eſt.n. Magia de qua loquimur ea, quam Plato in primo Alcibiade his uerbis interp̃tatur, μαγεῖα ἐστὶν τῶν θεῶον τεραπεῖα. ꝙ apud nos eſt dicere Magia eſt deorũ cultura, cuius Antiſtes religioſo ſanctóꝗ; uocabulo Magus appellatur. Et Perſarum lingua is dicĩt qui noſtra ſacerdos. Apuleus etiã in ſimplicium herbarum cognitione fuit homo multa doctrina, qui ſemel Theſſaliam adiens unguine magico ex ſimplicibus pluribus cõfecto in Bubonem geſtiẽs immutari per Pyxidis errorem in Aſellum eſt transfiguratus: mox Roſa in hortulo comeſta in hominem reuertĩt. De q̃bus ſcribit Aguſtinus in opere de ciuitate Dei Apollonium & Apuleium non minora feciſſe miracula q̃ ipſum Chriſtum. Plura dicerẽ de uirtute ſimplicium, propter quã (ut diximus) illi primi medicinę parentes deorum ſimiles fuerunt iudicati. Q m̃ auctore Seuerino Boetio paucis minimiſque natura contenta eſt. In medicinis cõpoſitis calida repugnant frigidis, & humida ſiccis, Mollia cũ duris, ſine pondere habentia pondus, ut ait Naſo in primo Metamorphoſeos. Entia.n. non poſſunt uirtutibus & qualitati

BIBLIOTECA GENIO GENOVA

PELLINIGER AD LECTOREM.

BONE lector ſaluus ſis. Quoniã de prę̨terita ac prę̨ſenti ętate actũ eſt, futurę ſaltem oro conſulas, & illis maxime, qui ad hanc artem funeſtam medicinę deindaturi ſunt operam. Poſt preces te moneo igitur, ut hos ſæuos ſcopulos in Auicennę pelago per me repertos fugias. Ac per hoc te iterum oro & obteſtor etiam, ut ſi quas alias contradictiones inter ſtudendum in Auicennam offenderis, quas nos aut tãti hominis abhominatione, aut incuria prętermiſimus, illas huic noſtro libello precor adiicias. non .n. uti diximus, eas omneis potuimus eliecere. cum nec piſcator poſſit piſces omnes ſuper quos iacit fundam, capere. ſerueſq; ordinem à me inchoatum in caſtigando Principem, ut eradamus illum de terra uiuentium, & nomẽ eius non memoreẽ amplius. Et ſi quid duxeris in noſtris contradictionibus non bene dictum, per inuiolabile Hippocratis ſemper Iuſiurandum te execro, ut id omne immutes ĩ melius, quod ut ſedulo facias, te omnes medici, te omnes inſuꝑ ęgri ut duce te cito ſani efficiantur, etiam atq; etiã rogitãt. Et ſi ſecus feceris (ꝙ abſit) curę, ægritudines, operationeſque tuę omnes retro cedant & in malum cadant. Caue igitur & Vale.

Venetiis, apud Ioannem Andream Valuaſſorium cognomine Guadagninum. Anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. M.D.LII.


Sancte Michael Archangele defende nos in prelio ut non pereamus in tremendo iudicio

Mod. 8
COMUNE DI GENOVA
BIBLIOTECA BERIO
N. 1951/1952

20

PROPRIETÀ INALIENABILE
[illegible]
GENOVA